


05 A 425

05

A

425





IN NOMINE JESU!

**SYNOPSIS
CONTROVERSIARUM
POTIORUM,**

Quæ Ecclesiæ CHRISTI cum Hæreticis & Schismaticis modernis, Socinianis, Anabaptistis, Veigelianis, Remonstrantibus, Pontificiis, Calvinianis, Calixtinis, aliisque intercedunt.

*Secundum seriem articulorum August. Confessionis
ita propositarum, ut tum materia disputationum, tum idea Locorum
Communium Elencticorum exhibeatur.*

**XLIII. Disputationibus publico-privatis in Electorali
Universitate Wittebergensi expedita.**

PRÆSIDE

**ABRAHAM CALOVIO, D.
PROF. PUBLICO, CONSIST. ECCLES. ADSESS. &
CIRCULI ELECT. SAXON. SUPERINTENDENTE
GENERALI.**

Præmissa est præfatio Apologetica, ea, quibus Autorem D. Georgius Calixtus in der *Wiederlegung* vellicat, expendens.

WITTEBERGÆ

Typis MICHAELIS Wende.
Anno Dom. 1722 c. LII.

Viro perquam Reverendo, Magnifico, Excellentissimo
DN. D. JACOBO WELLERO, Theologo celeberrimo, deq; Ecclesiâ Christi præclarè merito, Seren: Saxon. Electori à Consiliis Ecclesiasticis, Confessionibus sacris, & concionibus aulicis primarijs.

Magnifico item, Nobiliss. Consultissimis
DN. BURCHARDO BERLICHIO, Consiliario Aulæ, ac justitiæ amplissimo.

DN. CHRISTIANO REICHBROT, Consiliario itidem dignissimo
utriq; Serenisf. Electori à Secretis,

Dnn. Patronis, & Fratri in CHRISTO, plurimum honorandis
Salutem in JESU crucifixo perpetuam!

QUod omnibus penè Symbolis, & a fritie Sathane, Historiâ teste, obtigit, ut quorum ἀγερὰ ποὺ καὶ ὁ τοῦ ἱαν, quam vocat Greg: Nazianz. oppugnabant, his asylum aut latibulum quoddam in illis quæreretur: id Augusto quoq; nostrarum Ecclesiarum Symbolo evenisse, non tam mirandum est, quàm acerbè dolendum. Et Calvini quidem Sectatores hætenus sub mantelo ejusdem latitare voluisse inolitum jam est, unde quantum Ecclesia damni perceperit, integri seculi experientia edocuit. Nunc nova est adornanda scena, dum Pontificios quoq; in communionem nostram mysticam, salvâ & intemeratâ fide confessionis, cui jurisjurandi sacramento devincti sumus, recipi posse, antiquus ille καὶ ἔργου summo conatu persuasum cupit omnibus. Futurum est propediem, ut Arianos ac Photinianos itidem adsciscat: imò molitur id jam pridem operâ nonneminis in antiquitate Ecclesiasticâ & Philosophiâ Aristotelicâ non minus, quàm quæ eâdem sese tantoperè efferunt, versati, & ex iisdem molitur hypothefibus, nisi quod cum Symbolo Apostolico principij loco trium solum priorum seculorum Patres



05 A 425

tres ceu simplicitati Apostolica magis analogos, eâ fini adhibeat,
nec quarti aut quinti seculi Doctores addi velit, quod ad cogni-
tu precisè necessaria definienda. Dum ergò, quàm alienum
non minus à contagione syncretistica, quàm à pravitate hereti-
câ Symbolum nostrum sit, brevibus positionibus, *αὐτὸν τὸν* ex-
hibui, quò cultores S. Theologie olim ad iâ adstringendi pretio-
sum à vili, falsum à verò separare, ac *ψευδώνυμον* August. Con-
fess. Doctorum aequè, ac aliorum quorumvis *ἑτεροδόξων* perni-
tiosos errores eò accuratius evitare queant; quum incautos a-
nimos per sordes sermones, & blandiloquia miris modis ine-
scent pestes & lues fidei, (verba sunt B. Martyris Cypriani)
serpentis ore fallentes, corrumpendæ veritatis artifices, Vestra
præfigere chartis exiguis volui nomina, quæ animo inclusa nus-
quam non circumfero. Tuum quidem, Theologorum eminenti-
sime, ob dotes, & merita, quibus nec ab ipsâ invidiâ un-
quam obfuscandis, in Ecclesiâ coruscas: Tuum verò, Berlichii Ma-
gnifice, ob egregia quæ in Academiam nostram, & me non ita pri-
dem eidem insertū, cum Dn. D. WELLERO NOSTRO confers benefi-
cia: quibus ob geminam benevolentiam jungo TE Nobilissime
Reichbrote, quos & lateri Serenissimi junxit Virtutum splen-
dor, & inter se mutuò copulavit sincerus amor. Ita perennate
simul egregio publico, rerum gerendarum successu, ac felicitate
omnigenâ, ut Academia pariter & Ecclesia universa Consilijs
WELLERIANIS sanctissimis, ac saluberrimis diu gau-
deat, Vestroq; omnium Patrocinio, favore, ac amore fruamur!
Quod animitus voveo, vovebo


Wittenbergæ Anno Dni. 1622. die
expiationis peccatorum universæ
terræ, quæ erat XVI. April. st. Vet.
quâ ætatis annum XL. divinò mu-
nere, compleo.

**VOBIS precibus, fide, studioq; omni
addictiss.**

ABRAH. CALOVIVS, D.

LECTORI BENEVOLO

S. P.



Xhibeo Tibi *Syllabum brevem contro-*
versarum, quæ Ecclesiæ cum modernis
Hæreticis, & Schismaticis intercedunt.
Ordinem sequutus sum *Articulorum Augu-*
stana Confessionis, non quod expeterent id
solum Studiosi, sed ut Symbolum Ecclesia-
rum nostrarum augustissimum simul ad-
versus hæreticorum insultus, schismatico-
rum corruptelas vindicaretur. Quum verò plurimum in con-
troversia statu momenti situm sit, ut is accuratè formetur, ne aë-
rem potius, quàm adversarios feriant argumenta, vel cum larvis
suscipiatur decertatio, id operam dedi, ut è publicis ac Symbolicis
adversariorum libellis, vel certè Scriptis eorum, qui coryphæi Se-
ctarum habentur, τὸ κενόμενον figeretur, designatis præcipuis Au-
torum locis. Sed compendium verborum thesimumq; pagellarum
exigebat angustia: quapropter placuit cognatas ἐπεροδοξίας con-
jungere, ut harmonia simul præcipuarum sectarum elucesceret. Di-
cta Scripturæ, fidem nostram firmantia non adjecta sunt, quia nu-
dæ tantum theses desiderabantur, quæ materiam præberent συμ-
φιλολογίας Academicæ. Quæ tamen bono studiosæ juventutis
(cui hanc opellam consecravimus potissimum,) sic adornatæ, ut
eâdem operâ quædam velut *idea Locorum Communium Elenctico-*
corum silteretur. Siquidem controversiæ si non omnes, potiores
certè hinc formari possint, & adhibitis porrò aliis autoribus ad i-
stas lineas revocari, si modò ea, quæ brevitatis causâ conjuncta
sunt, disjungantur, & propter adversarios diversos, quibuscum
ob diversas hypotheses peculiariter agendum, seorsim tra-
dentur.

Non negligendæ verò, sed præprimis adducendæ erant con-
troversia, quibus ἀσενδος Ecclesiæ hostis per organa sua, inquit-
tos

tos Spiritus tùm in viciniâ , tùm in patria quoque meâ svavissimâ
 miserè nunc turbat Ecclesiam. Requirebant id desideria Studio-
 forum, exposcebat officii ratio, & vigilantia, sacratissimo coele-
 stis veritatis deposito facto recto propagandô, debita, imperabat de-
 nique necessitas Ecclesiæ præsentissima: ut vel è solâ designatio-
 ne divaricationis Novatorum ab August. Confessione, manife-
 stum evaderet, quô jure, quâ fide, atq; conscientia ipsi Augustanæ
 Confessionis nō socios modò, sed Doctores, & Professores se adhuc
 venditent; cujus ne unicum quidem articulum prorsus inteme-
 ratum relinqvunt, quin si non directè, ut in plerisq; contingit, vi
 tamen hypothesium & per consequentiam eundem labefactent,
 aut heterodoxiis suis conspurcent. Mirum id videri possit non-
 nullis, sed ubi tùm sensum, tùm etiam scopum opinionum nova-
 rum, adeoque ipsum Systema integrum Syncretisticæ metaphisicæ
 animi acie penetrarint, magis adhuc, sat scio, mirabuntur non tam
 structuram ipsam Babelicam, quam perfrictam exstructorum fron-
 tem, ac vafritiem detestandam, quod alijs sensum rationemq; o-
 mnem velut excantare satagant, ne in ullo dogmate ab Aug. Con-
 fess. discrepare credant, quos in plerisq; *δὲ ἄπαιστων* dissona-
 re non auribus tantùm oculisq; deprehendunt, sed penè manibus
 ipsis palpare queunt. Annus jam labitur quartus, ex quo pari-
 lem dissonantiam tùm Antesignani Sectæ Novæ Cassandrico-
 Spalatinæ D. Calixti, tùm complicum ac discipulorum ipsius D.
 Mich. Behmij, Christiani Drejeri, & Joh. Latermanni à Corpore
 doctrinæ Julio, atq; Prutenico, cui paritèr, ut Aug. Confessione, ju-
 risjurandi Sacramento sese obstrinxere, in Institutionibus Theolo-
 gicis *ὁ Θεολογικὸς* demonstravi. Nullum hic contendendi,
 nullum antagonistas differendi studium: quos utinam adhuc li-
 ceret fratres appellare: sed hostilem veritatis coelestis impugna-
 tionem, turpem ab Ecclesiâ nostrâ defectionem, periculosissi-
 mamq; adversus Scripta Ecclesiæ Symbolica, in adversariorum a-
 pertissimorum subsidium, machinationē, dum sine pænitudine, ac
 remissione continuatur, svave fratrum nomen penitùs excludere,
 id verò nimio perè dolendum, lachrymisq; deplorandum calidis-
 simis. Maluissem profectò hostibus Ecclesiæ professis debellan-



dis, & profligandæ potissimum, uti ceperam, hæresi Sociniana pe-
stilentissimæ operam pro exiguo talentulo navare, nec quicquam
magis, quàm contentiones cum fratribus me detestari, nôrunt,
qui hætenus in tribus celeberrimis Collegijs me intimiùs norunt,
mecumq; conjunctissimi vixerunt. At in flagranti Academia
Patriæ incendio, tristiq; Ecclesiæ Schismate cum extremo purioris
religionis discrimine conjuncto, quâ otiosus spectator, donec flam-
mæ è Prussia Ducali in Regalem penetrarent, confidere, quâ matris
studiorum & honorum, cui Sacramento non uno devinctus eram,
in quâ etiam Theologiam *γνησίως* orthodoxam ultrâ sexennium
docueram, miseram dilacerationem, & à novæ mælogias gan-
grænâ impendens exitium, quâ periculum istud gravissimum, quod
ab insidiosâ trigæ infelicis Calixtinorum Regiomontanorum
cum bigâ Julianâ conspiratione, non absq; singulari divinæ pro-
videntiæ munere patefactâ, universæ Ecclesiæ imminere videba-
tur, insuper habere, quâ deniq; ad doctrinæ cœlestis cum damna-
tis hæresibus sive coalitionem, sive confusionem Syncretisticam
sub specioso pacis Ecclesiasticæ titulo tentatam, in speculâ Domi-
ni connivere, ac veluti nullâ ductus Veritatis divinæ, solidæq; pa-
cis Ecclesiasticæ in petrâ veritatis fundatæ sollicitudine, ranæ Se-
ripia vel potius muti canis ad instar silere, id est, ut verbo dicam, of-
ficiam negligentèr facere debuissim, potuissim! Sed de his, alijsq;
suscepti Elenchi causis, prolixius adversus iniqua trigæ Regio-
montanæ *ἐγκλήματα*, in Apologiâ Germanicâ actum, quæ adhuc
inconcussa superat, ideoq; non opus est, ea hîc altius repetere.
Quamquam verò Elenchum istam anti-Calixtinum eâ, quâ par est,
modestiâ Theologicâ, expedierim, nec ad personalia, quæ vo-
cant, aut convitia, more Calixtino, descenderim, sed in causâ
Theologicâ processu Theologico usus sim (quod ipsa lectio & re-
lectio Institutionum Theologicarum partis utriusq;, quæ nunc
publicè extat, testabitur) unde à plurimis magni nominis Theo-
logis de Ecclesiâ CHRISTI præclarè meritis, à Magistratu insu-
per, sub quo tùm constitutus eram, & ab Ordinibus Prussia grato
exantlata opera suscepta fuit animo; dici tamen non potest,
quantâ animi impotentia, quibus calumnijs, publicè, privatimq; spar-

sparsis, quo deniq; impetu in nomen, scriptumq; meum irruerint
αὐτῶν ἐξ ἐναντίας, ut à furijs ipsis infernalibus accensi, agitariq; vide-
rentur; & quum demonstrationem in Institutionibus factam,
quod ad rei momenta, vel in unico Capite solidè refellere, aut à
turpi apostasias crimine, prout patet, sese liberare (quod neces-
sarium tamen ipsi judicarunt, ac prolixè minati sunt) in hunc usq;
diem haud potuerint, instar rabiosorum canum eam allatrare, fa-
mæ meæ, ex merâ causæ desperatione, insidias stuerè, Scriptum de-
niq; sibi oppositum brachio seculari opprimere, suâ dignum cen-
suerunt consuetudine, atq; indole.

Quibus paria facere alienum à sacro, quo fungimur munere,
judicavi: quapropter scutum bonæ conscientia, monitumque *S.
Hieronymi* Apolog. ad Domn. calumniarum autoribus opposui.
*Non est grande garrere per angulos, ac de mundo ferre sententiam, hic
benè dixit, ille malè, iste Scripturas novit, ille delirat, iste loquax, ille in-
fantissimus est. Ut de omnibus judicet, cujus hoc iudicio meruit? Con-
trà quemlibet passim in trivijs strepere, & congerere maledicta, non cri-
mina, SCURRARUM est, & parasitorum. Moveat manum, figat sty-
lum, commoveat se, & quicquid potest, scriptis ostendat. Pergant illi
strenuè convitari, prout libuerit; dum apostasias ἐγκλημα, e-
jusq; causas luculentas prolixè adductas, plurimisq; suffragijs mu-
nitas non declinant, ἀντιπατεκρίτως convicti tenentur, etiamsi
vel plaustra convitiarum advehant, nec nisi Spiritum, quo aguntur,
Ecclesiae manifestant, omnis calumniae autorem.*

Quum verò cæterorum Patriarcha, D. Calixtus, in audaci li-
terarum Potentissimi Electoris nostri confutatione (cui κατ' ἀντι-
θέσιν nomen indidit der Verantwortung) me quoq; in partem
vocârit, & ubi res non successerat ex voto penes Gedanensem Ma-
gistratum, velificatione secundâ eandem aleam periclitaturus pe-
nes Sereniss. Electorem insidias mihi struxerit, necessitas ipsa ef-
flagitavit, ut Calumnijs occurrerem, ac nonnulla simul veritatis hi-
storicae causâ detegerem de his, quæ à Calixto, & cum eodem ge-
sta in Colloquio Thoruniensi, maximè, quæ is sese causæ Calvi-
nianaë sive Promachum sive Patronum (præter & contrà instru-
ctionem ac voluntatem, ut arbitror, Principum suorum, præbue-
rat,

rât, quia intererat Ecclesiæ, ne talia ignoraret, aut sinistris relationibus turbaretur. Quod scriptum, quum perinde ut adducta in Institutionibus apostasias suæ documenta refutare neq; posset, neq; auderet Calixtus, ad asylum consuetum scommatum, dicteriorum, convitiarum, & contemptus sese recepit, ut se. semper sui similis hac in causâ perseveraret. Dum itaq; immota atq; invicta perstant, quæ eidem opposita sunt, quid juvat convitijs certare, aut ad eadem quicquam reponere, quum ipsum caput causæ minimè attingatur? Fateor ultrò, in istâ criminandi, & vitilitigandi palæstra Senem illum longè superiorem non me quidem (qui nunquam eidem nomen dedi) sed alijs in eâ exercitatis plurimis; Quod si ergò deinceps vires suas in eâ arte ulterius experiri velit, alios quærat, aut cum Drejero suo, (vel etiâ Nihusio quondam suo,) certamen istud periclitetur, num illo utut annis multū inferiori superior evadere queat. Recolat tamen, ni grave est, authenticam illam celebrem Syracidæ, quam alijs præter meritum occentat; *Turpissima quidem res est esse furem, at longè foedius est esse detractorem &c.*

Ne verò dicteria illa penes hos qui Senis autoritate fascinati sunt, fortè hæreant, aut fama nominis, veritasq; relationis cum ipsâ ea isâ penes imperitos, qui quandoq; eam è talibus heterogeneis æstimant, in discrimen vocetur, juvat paucissimis hîc, ubi demonstrationis in causâ principali membra repetita sunt, iisdem occurrere, præviâ tamen protestatione solemni, quod exinceps ad talia prorsus ἀλότεια, utcunq; omnes criminandi, exagitandi, declamandi nervos explicet antagonista, cum parastatis, & complicitibus suis, ne verbulo quidem responsurus sim, quum bonæ horæ longè melioribus studijs partibusq; munerum publicorum gravissimis impendendæ sint. Quid autem Deo de omni verbo otioso rationem exacturo responsurus sit, de eo viderit ipse. Ego sanio rem mentem, veramq; poenitentiam ipsi precibus pijs vivere non desistam.

Ut ex ungue leonem agnoscamus, in ipsâ statim præfatione queritur vel criminatur potius, das ich auff ihn zuströme mit abschewlichen grimmigen/glistigen lästern/vnd verläumbden/ & postquam
tūm

tum in me, tum in alios præclare meritos Theologos vehementer
detonasset, proclamando nos deterrimos calumniatores, Schme-
süchtige/freche Spötter / pro mansuetudine Theologicâ, humilita-
tis suæ testandæ causâ subjungit: Ich kan leiden / daß sie sich so hoch
vnd groß achten / vnd brüsten / als immer möglich / mich dagegen
verkleinern vnd Schulmeister nennen / gerad als wæren sie Pâpsti vnd
Cardinále. Sed ficta hæc & larvata est humilitas, imò uti hoc
ambitionis vitium Abbas Königs-Luterau nobis, dum ex suo in-
genio alios æstimat, affricare conatur, ita convitiatorum pesti-
mum eundem agnoscunt, & ἐπιπυροφῶρα deprehendunt omnes,
donec solidis documentis injurias demonstrarit, quas (turpe di-
ctu) non veritus est coram Magistratu nostro Serenissimo eructa-
re. Ostendat Calixtus, si boni viri nomen deinceps tueri velit,
quæ nam illæ sint atroces, & violentæ caluniæ, & criminationes?
prober cavillandi & injuriandi animum, aut profiteatur, se hisce
titulis semetipsum depinxisse!

In tractatu ipso falso nuncipatæ *refutationis* th. XXVI. alla-
grat Calixtus censuram Gedanensem Latermanni erroribus oppo-
sitam, cujus autorem me fuisse, vanâ sinistri animi persuasione,
fingit. Sed ut ut eam cum toto Vener. Ministerio Gedanensi ap-
probârim, ratâq; habuerim, (sciat enim omnes atq; singulos toto
animo detestatos esse, & adhuc detestari Calixtino-Latermannia-
nos errores, qui legatione vice Christi funguntur in amplissimâ il-
lâ Ecclesiâ, nec amplius vanis sese hic decipiat phantasiis,) *me ta-
men ejus autorem parili veritate, quâ reverentiâ in S. Ministerii
ordinem, non sine affectibus eandem conscriptam esse, pronunciavit.*

In priori appendice, (ita bonâ Viri veniâ ea, omnia quæ
Pseudonymus inscriptæ *Refutationi* adjecit, vocabo) temperare
sibi non potuit, quin S. X. gratulationem Studiosorum sub ad-
ventum meum in hanc illustrem Academiam cum solemnî Har-
moniâ Musicâ exhibitam sigillaret, adeoq; non tam me, quàm
inclutam nationem Porusiacam, cui meum non erat verba præ-
scribere, uti viri boni non est, sed detractoris, mihi neq; visa, neq;
audita, (priusquam typis *descripta* exhiberentur) adscribere, aut
â bono profecta animo pessimè exagitare. *Sed talium Sy-
cophatarum morsu nihil satis tutum.* Quàm facili verò negotio
paria

paria reddere poterant autores, si titulos, & congratulationes Calixri honori dictas conquirerent: Sed meliora ipsis Titan praeordia finxit.

Repetit autem suam de me cantilenam, wie Er mit greulichen schmehen vnd Lästern zu Dantzig geschlossen / also sehet Er zu Wittenberg wiederumb an. At num Dantisci criminationū studio deditus fuerim, an verò debitò veritatis Zelo citrà convitia, (Caeciothes illud Calixto perquam familiare) atq; proprium, partes Elencticas exequutus fuerim, de eo majori, nō fallor, fide docebit *Magnifici Senatus & Rever. Ministerii Dantiscani testimonium concionivaledictoriae praefixum*, quod in ruborem dare poterit calumniatorem, nisi cum fide pudor ei prorsus perit. Et quænam illæ, *ô Eximie*, criminationes, quibus vel Dantisci finierim, vel Wittenbergæ inceperim? Producaeeas in publicum, fideq; dignis documentis demonstras, aut strenuè te calumniari agnoscas. Iteratur quidem coccysmus ille in iteratâ confutatione literarum Electoralium, §. XXVII. Er hat in seinen Institutionibus, die Er zu Dantzig ediret, vnd bald in anfang / wie er zu Wittenberg ankomen / sein Vergift mit Lästern / vnd verleumbden atheismum, vnd Samaritanismum beyzumessen überflüssig außgespenet. Sed nullus apex ostendendæ calumniæ adducitur. Quod ergò ipse alii sine causa regerendo sufficere arbitratus est, *mentiris, qui mihi mendacia improperas*, id eò magis hic sufficere potest, quò atrocior calumnia est simplici mendacio, *Calumniaris, qui mihi calumnias improperas. Atheismus* (inchoatus, non consummatus) & *Samaritanismus* (*κατ' ἀναλογία*) non calumniandi animo Calixto fuit objectus, sed Ecclesiæ bono, *πρὸς ὅµα* è Scriptis ipsius demonstratus. Rationes verò dūm non dissolvit Calixtus, conclusionem solum calumniæ arguit, quid aliud agit, quam quod sese convictum testetur, simulq; quàm ineptus sit disputator, vel vitlitigator potius, qui relictis præmissis conclusionem neget, inq; eandem debacchetur, ostendat! Fatetur ultrò; *Calovi Institutiones inspexi quidem & non perlegi; & criminatur tamen confidenter, me virus calumniarum plus satis expuisse.* Item, das ich die Sturm vnd Lästereposam geblasen. Itane de iis, quæ perlecta non erant, judicare pii, Christiani, cordati hominis, ne dicam Theologi prudentis &

GAN-

candidi? An nescit, quàm incivile sit non inspectâ totâ lege de lege pronunciare? Num verò insolenti hoc fastu homini, an verò stupori ac negligentiae Theologo minimè dignæ adscribendum, quod scripta doctrinae caelestis veritatem, librorum Symbolicorum fidem, Ecclesiae afflictissimæ tranquillitatem, nominis proprii famam & auctoritatem, in causis longè gravissimis concernentia, haud legere dignetur, sed in angulum quendam abjiciat, aut si fortè gratiam iis faciat Abbas, à studiosis relationem quandam, magnatum more, percipiat, alii judicent! Tanti sc. æstimat gravissimum illud Schisma Ecclesiae, ut longè meliora & nobiliora studia quævis alia censeat, quàm quæ vulneribus Ecclesiae cognoscendis, sanandisque impendantur. Num meliora forte ac nobiliora illi studia, literas nonnullos Principum aliorumque honorarias, nihil ad Ecclesiam tranquillandam aut statum causæ facientes, promissiones, concessionisque Abbatiæ, & his similia in solem ac pulverem producere, vocationem à Calvinianis, itemque & Syncretistis Thoruni-Elbingensibus, in causæ suæ consortium & patrocinium, cum suâ animi promptitudine in juvandis Calvinianis, & Syncretistis, publico exhibere, opinionationes suas Samariticas, aut si malit, Syncretisticas, non bis aut tervè, juxtâ vulgatû illud *δικην τρις ἄνωγα* sed vel centies repetere, ac sine ullis rationum momentis pro auctoritate dictatoriâ easdem obtrudere, in aliorum famam integris convitiarum plaustris invehî, & quæ hisce gemina sunt alia, quæ utramque in hoc centone Germanico faciunt paginam, quàm caput & arcem rei aggredi, causamque ipsam, tam necessariam, candidè, accuratè, ac more Theologos decente, non Sophistico, aut canino, & ad argumenta sine verborum ambagibus, aut convitiarum diceriis proposita respondere, ut crimen Apostasias à doctrinâ & libris Symbolicis Ecclesiae nostræ, si potest, abstergatur & eluatur. Quid juvat modum disputandi præscribere, locum quò mittenda sint argumenta, designare, Principum eam in re auctoritatem fatigare, disputationem denique coràm Serenissimo Capite instituendam operosè sollicitare, sed (quod stupendum omnique detestatione dignissimum est) præfixis, cerebri proprii *μορμυλικίαις* sive per calumniam Diabolicam effectis, sive per

ludicram & jocularē sophisticen concinnatis? & ex adverso, ad ea, quæ Theologicè arcanè de causâ palmariâ disputata sunt passim in diversis Academiis, ne gry vel my quidem reponere, imò ne lectione quidem digna eadem æstimare!

Sed properandum ad alia: Dixeram de insidiis periculosis mihi structis; quæ eò trahit Calixtus, quasi è verbis ipsius eas collegerim, unde fidem Lectorum de his obtestatur; ast si recolat tantùm facta sua, facile dicet ipsi conscientia, quò respererim. Nec verò opus habebit Delio augure, quùm rem eam satis exposuerim *ipso scripto meo pag. 42. seqq.*

Cæterùm quod ad materiam ipsam scripti mei, qui titulum feci. *Nötige ablehnung (baptizatum id ita esse pro reverentiâ suâ eximiâ, erga Sacramentum baptismatos, cavillatur venerabilis Abbas) methodum perquam facilem exhibet Calixtus respondendi, ex præscripto Philosophiæ Aristotelicæ.* Primum non esse sibi *animum ordine id refutare, protestatur.* Dubiò procul, quia convictus est animus de *ἐγκλημάτων* veritate. Deinde *crassiora magnam partem suprâ jam confutata esse, prætexit.* Ubi verò, mi Calixte, quâ paginâ, quibus verbis? Non tam oculatus sum, fateor, ut ubi proletariè forrè de fide Trinitatis ac apparitionibus *λόγος* in V. T. actum, pervidere possim Calixtum in medio Calvinianorum Thoruniensium ceu consortem ac patronum ipsorum consultantem, aut aliis modis prævaricantem liberatum. Nec qui lynceis instructus fuerit oculis tactum ibi scriptum meum deprehendet, ne dum confutatum. Tertiò *imprimis discussum abundè censet, quod doceat Deitatem Christi, virginitatem Mariæ, passionem, mortem & resurrectionem Messie è nullò V. T. scripto probari posse.* At calvas illas exceptiunculas satis profligaturus est is, cui eæ oppositæ sunt. Verba ipsa Calixti producta sunt, è quibus hanc, non aliam redundare sententiam ostendi pag. 108. Quod si quædam istorum capitum in quibusdam scriptis Ver. Test. patefacta tùm credidit, cur non aliter stylum suum formavit. Quis mentem ejus inspicere potuit? *Ex verbis tuis justificaberis, & è verbis tuis condemnaberis,* ait Christus, in cujus ore dolus inventus non est.

Quartò dùm respondere tenebatur, scenâ inversâ accusatoris

ris personā induit, quod nonnulla colloquium Thoruniense concernentia scripta, ut Psalmum XCI, Diabolus, adduxerim. At si accusasse sufficiat, quis innocens erit? Confidenter autem dico, demonstrat id Calixtus, prout par est, solidè, ac luculentè, aut se Diabolum calumniæ & mendacii parentem imitari, agnoscat. Dum verò id desperat penitus, ne tacuisse videatur, alia agit, ac prolixè multa commemorat planè ἀλλότρια, nihil ad rhombum facientia.

Et ante omnia quidem scripto quodam famoso personati Constantini Pravdezky Czengeriensis Poloni ceu clypeo Ajacis sese munit. Quod profecto dignissimum erat, ut cæteris præmitteretur, quo prægustum de subsequendis præberet. Dehinc Dn. D. HÜLSEMANNUM, qui Calixtum conventui Augustano Thorunii à Patrono, cujus delegatus erat, presentatum non esse, nedum ab isto rejectum, ait, mihi opponit, qui communi Theologorum August. Confessionis suffragio factum asserui, quod Calixtus ceu Parasites Thorunienium, cum ab ipsis presentaretur, receptus non fuerit. Quænam verò hic contradictio. Recolat leges oppositionum, & tum discernat! Nequicquam verò Dn. Mochingerum, & Dn. Fabricium excipit, quos aliis ὁμοῦ ἀδὸν consensisse, si ex ipsis cognoscere velit, facile comperiet.

Porrò, ubi ad ea, quæ producta erant sub titulo *Nota nonnullæ ad D. Calixti responsum Moguntinis oppositum*, pag. 31. respondere quicquam solidè nequivit, suam tantum Epistolam ad Dantiscanum Senatam (quæ cum Responso Moguntinis dato transmissa notis illis occasionem dedit) suamq; Syncretisticam opinionem de communione mysticâ verè imaginariâ, & phantasticâ, (quæ enim communio extremorum, ubi nulla eorum intercedit unio!) cum Pontificiis & Calvinianis, jam integris scriptis profligatam, repetit. Annon solida hæc est respondendi ratio? Si verò fundamentum hujus opinionis Calixtinæ Syncretisticæ requiras, recitat is *Symbolum Apostolicum*, & protestatur, se hereseos accusare, aut anathemate percutere non posse, si quis id credat, sed eos omnes, qui id credunt, & baptizantur, & S. Cenâ usurpant, prout ipsis præbetur, (sive sub unâ, sive sub utraq; specie) ac piè, justè, temperantèr vivunt, eos,

inquam, omnes sese pro Christianis ac fidelibus agnoscere, utut in con-
troversis, que cum Reformatis & Pontificis nobis intercedunt, erro-
neam sententiam amplectantur, fovent, propugnēt, ideog, sese Pontificios
& Calvinianos, nequoquam obstantibus erroribus, quos favent, aut
propugnant, pro fratribus in Christo, & veris corporis Christi mystici
membris suscipere. At hoc ipsum τὸ κενώματόν est, quo de ha-
ctenus disputatum, quod è Scripturis, Antiquitate, libris Symboli-
cis abundè profligatum est: ad quæ omnia, quum magis mutus sit
quàm piscis, solumq; suam opinionem coccyso usitato inculcet,
turpi petitione principii causam suam desperatam prostituit. Cal-
viniana βδέλυγμα, Papistarū idololatriā, propbanationes, abomina-
tiones, superstitiones, larvas, prestigias, deliramenta & spectra pompæ
Ethnice, impias doctrinas, & blasphemias, doctrinas demoniorum &
Anti Christi, errores horribiles, fidem & regnum Christi obscurantes,
gloriam Christi ledentes, & perniciem animabus afferentes, quorum Do-
ctores execrandi sūt, tanquam anathemata, (quibus elogiis digna
esse dogmata Papistica fateri cogitur Calixtus, nisi Articulis Smal-
caldicis omnia ista illis assignantibus, quibus jurejurando fidem
obstrinxit, καὶ δόξα τῶν contradicere velit) lignis, stipulis, feno-
dum comparat, quibus fundamentum inviolatum (unverlezes / vnd
unverruet / ut verba ejus habent num. i. f. i. der Verantwortung)
relinquatur, nec saluti hominum damnū afferatur, quid de religio-
ne ipsius habendum, & annon via sternatur eadem ad athei-
smum, judicent Theologi Aug. Confess. addicti universi, atq; sin-
guli, judicet universa Ecclesia?

Quæ ex Agendis Moguntinis, Coloniensibus, Trevirensibus ad-
ducit, sæpius jam in diversis scriptis adducta, etsi quadantenus
consonent nostræ de merito Christi doctrinæ, impias tamen bla-
sphemas & idololatricas doctrinas reliquas in Papatu haud quaquam
justificare aut ab hæreseos notâ, & anathemate liberare possunt,
nec si illæ animis hæreant, uti experientia rerum Magistra nos
dubitare minimè permittit, locus veræ fidei relinquatur, quin ea-
dem exturbetur, & unâ cum Spiritu Sancto ejiciatur. Quo-
modo enim Spiritus S. quomodo vera, viva, ac salvifica fides lo-
cum habebit, ubi animum occuparunt impia, blasphemica & idolola-
erica

tricae opiniones, quæ non magis cum illis consistere possunt, quàm ira, odium, libido spurca, iniustitia, avaritia, & ejusmodi alia peccata mortalia. Et quid juvat verbis testari de Christo unico redemptore, ejusq; unico merito, quum animus occupatus est persuasione, de meritis sanctorum, & operum suorum, de satisfactionibus propriis aliorumq; Christi merito & satisfacti. oni subordinatis, indeq; omnem vim & efficaciam trahentibus, cum ad sanctos & sanctas, ad imagines, statuas, aut reliquias se convertendo fiduciam in iis quis collocat, idololatriam committit, à Missaticâ impietate, ab indulgentiis Papalibus & id genus execrandis, & in meritum Redemptoris extremè injuriolis abominacionibus animo pendet, aliisq; Papisticis blasphemis, sine verâ seriâq; pœnitentiâ, immoritur. Nuda professio Symboli non facit, ut verâ quis præditus sit fide; nec in Christum credere censendi sunt, (de fide res est verâ, & salvificâ) qui Christi personam & officium multis modis labefactant, quod de Calvinianis & Papistis jampridem evicere August. Confessionis Theologi. Quibus accedunt alii errores in diversis fidei articulis, ipsum fundamentum fidei vel directè ac immediatè, vel indirectè, aut consequentè ac mediatè subruentes, quas à Papistis, & Calvinianis foveri, propugnari ac defendi prolixè demonstrarunt post Megalandrum Lutherum Ecclesiarum nostrarum Doctores Celeberrimi, Dn. Chemnitius, Hunni, Hutterus, Menzerus, Gerhardus, Meisnerus &c. Nec inventus fuit hætenus è nostris, qui secus judicavit. Consentunt in hæc causâ ex asse, quotquot August. Confessioi addicti sunt, si manipulum Calixti excipias, quamquam præter Drejerum & Latermannum neminem, quod sciam, habeat in absolvendis Calvinianis & Papistis à fundamentalibus erroribus ouòψηCov. Viderint autem isti, quid ad solidissima Theologorum indubiè orthodoxorum documenta responsuri sint; aut si respondere ad ea nequeant, gloriam Deo dent, & veritati divinæ, agnoscant errorem, nec amplius syncretismo suo turbent Ecclesiam. Etiam si millies fœtum vel abortum potius mentis suæ de actuali communione mysticâ Ecclesiarum nostrarum, eum Papisticâ & Calvinianâ, in communi fide fundamentali, & virtuali communione, quoad Sacramentum Eucharistiæ, protrudat, ec quis non dicam

dicam è Doctoribus nostris, sed vel è Pontificiis, aut Calvinianis *actualem communionem* in his religionum divortiis admittet, quis *virtualem in desiderio participationis ejusdem Eucharistie sitam*, dum adhuc fidei dissonantia viget, ratam habiturus est?

Id sanè μέγος λίαν αἴτημα est, præcipuam dissonantiam inter nos & Pontificios esse *circa S. Eucharistiam*, ut pote de *communione sub unâ, Missâ solitariâ, transsubstantiatione, ac sacrificio Missificô*, quibus controversiis compositis *actualis communio*, quâ ejusdem Cænæ participationem, coli possit, nihil obstantibus cæteris dissensionibus, utpote fidē fundamentalē nonevertentibus, quæ, ni fallor, Calixti meas est, *Mm. 19 f. r.* At quâvis illa omnia missa facerent Papistæ, h. e. *neq; transsubstantiationem, aut communionem sub unâ, neq; Missas solitarias, aut Sacrificium Missæ* propugnarent amplius, num ideò *communio actualis*, ejusdemq; Eucharistiae communis participatio admittenda, num in unam cum Papistis coëundam Ecclesiam, dum illi quæ cætera suis pervicaciter inhaerent erroribus, nihilq; de heterodoxiis circa reliquos fidei articulos remittunt? Sed adjiciamus etiam cætera quæ recenset Calixtus, ac fingamus Papam etiam illa dimissurum, hoc est, Papatum suū abnegaturum, aut Pontificios solūm comminiscamur tales, qui nihil istorum credant aut ratum habeant, utpote *neq; jus divinum primatus Papatus & quæ his connexa sunt, neq; sanctorum invocationem aut cultum imaginum, neq; chrisma & extremam unctionem, neq; purgatorium, aut indulgentias, neq; necessitatem celibatus sacerdotum, neq; discrimen ciborum Papisticū, neq; illa de Eucharistiâ, paulò antè commemorata, num tales ad communionem S. Eucharistiae admittendi, num in Ecclesiam nostram suscipiendi erunt, susq; deq; habitis aliis erroribus gravissimis de verbo Dei, de Christo, de Ecclesia, de peccato originis, de gratiâ & libero arbitrio, de justificatione, de bonis operibus, de poenitentia. &c.* Non videtur quidem Calixtus eos tanti facere, unde obstaculis & impedimentis coëundi in unam eandemq; Ecclesiam eos non accenset, ut hæc ejusdem colligatur sententia, *errores illos nihil obstare Ecclesiasticae externae conjunctioni, quâ è diversis Ecclesiis, Papistica & Lutherana una evadat, quemadmodum spiritali & interna communioni nihil obstant universi ac singuli Papatus errores.* At longè secus de illis judicavit

B. Lu-

B. Lutherus, longè aliter decernunt libri Symbolici. Primum & principalem articulum constituunt articuli Smalcaldici doctrinam de sola fide justificante: Hic primus & principalis est articulus, dicitur in parte secundâ artic. Smalcald. & de hoc articulo (quod Christus Deus & Dominus noster sit propter peccata nostra mortuus, & propter justitiam nostram resurrexerit, & quod ipse solus sit agnus DEI, qui tollit peccata mundi, & quod justificemur gratis absq; operibus solâ fide) cedere, aut aliquid contra illum largiri, aut permittere nemo piorum potest, etiam si cælum & terra, ac omnia corruant. Et in hoc articulo sita sunt, & consistunt omnia, quæ contra Papam, Diabolum, & universum mundum in vita nostra docemus, testamur, & agimus. Circâ articulum de pœnitentiâ hæc habentur: Hic altum fuit (in Papatu) silentium de Christo, & fide, & tantum opinio, & spes fuit de propriis operibus, quibus peccata coram Deo delerentur; Et de Confessione: Nemo recitare potest miseras, carnificinas, fraudes, & idolatrias ex confessione istâ (Papisticâ) enatas. De traditionibus humanis; Quod Pontificii dicunt, humanas traditiones facere ad remissionem peccatorum, & merevi salutem, planè impium & damnatum. Et in tractat. de potestat. & primat. Papæ articulis Smalcaldicis subjuncto, & cum illis libris nostris Symbolicis inserto; Hæc cum ita sint, cavere omnes Christiani debent, ne fiant participes impiæ doctrinæ, blasphemiarum & crudelitatis Papæ. Ideò Papam cum suis membris tanquam regnum Anti-Christi deserere, & execrari debent, sicut Christus jussit, Cavete à Pseudo-Prophetis. Et Paulus jubet, impios Doctores vitandos & execrandos esse, tanquam anathemata. Et 2. Cor. 6. ait: Ne sitis consortes infidelium, quæ est enim societas lucis & tenebrarum? Dissidere à consensu tot gentium, & dici Schismaticos grave est. Sed auctoritas divina mādāt omnibus, ne sint socii, & propugnatores impietatis & injustæ sævitæ. Ideò satis excusata sunt conscientie nostræ; Sunt enim manifesti errores regni Papæ. Et Scriptura totâ voce clamitat, errores illos esse doctrinâ dæmoniorum & Anti-Christi. Manifesta est idolatria in prophanatione Missarum, doctrina de pœnitentiâ prorsus depravata est à Papa & à membris suis. Docent enim remitti peccata propter dignitatem nostrorum operum. Deinde jubent dubitare, an contingat remissio. Nusquam docent, quod gratis

C

propter

propter Christum remittantur peccata, & quod hac fide consequamur
 remissionem peccatorum. Itaque gloriam Christi obscurant & con-
 scientiis firmam consolationem eripiunt, & abolent veros cultus,
 videlicet exercitia fidei luctantis cum desperatione. Obscurave-
 runt doctrinam de peccato, & finxerunt traditionem de enume-
 ratione delictorum, parientem multos errores & desperationem,
 affinxerunt satisfactiones, quibus etiam obscuraverunt beneficiū
 Christi. Ex his nata sunt indulgentia, quae sunt mera mendacia, qua-
 stūs causā excogitata. Deinde invocatio Sanctorum quantos abu-
 sus, & quā horrendam idolatriam peperit? Quanta flagitia orta
 sunt ex traditione de caelibatu? Quantas tenebras offudit Evangelio
 Doctrina de votis? Ibi finxerunt, vota esse justitiam coram
 DEO, & mereri remissionem peccatorum. Ita transtulerunt bene-
 ficium Christi in humanas traditiones, & penitus extinxerunt
 doctrinam de fide. Finxerunt, nugacissimas traditiones esse cultus
 Dei, & perfectionem, & praevaluerunt eas operibus vocationum, quae DEUS
 requirit, & ordinavit. Neque hi errores sunt aestimandi leves: La-
 dunt enim gloriam Christi, & afferunt perniciem animabus. Haec o-
 mnia libro isto habentur, cui juramento sese obstrinxit Calixtus
 cum suis complicibus Drejero, & Latermanno. Quomodo verò
 ea cum commento Calixtino de communione actuali cum Pon-
 tificiis in fide communi fundamentali consistere queant, quomo-
 do istis ita sese habentibus Pontificiis ab haeresi, & erroribus saluti
 exitiosis absolvi possint, tūm docebit procul dubio Calixtus, cum
 lucem esse tenebras, aut Belialem esse Christum demonstraturus
 est. Sed ad haec & hujusmodi alia compluria in tractatu no-
 stro Germanico, ut & Institutionibus Theologicis adducta obmu-
 tescit Calixtus turdōque surdior est. Num verò credemus, re-
 ctius Papatum novisse Calixtum, quā B. Lutherum, aut Papistas
 jam sanctiores factos esse, suasque pristinas idolomanias & impia
 dogmata abjecisse, postquam pleraque illa in Conciliabulo Tri-
 dentino canonizata sunt?

Sed ad Calvinianos transeundum cum Calixto. Eorum
 causam ita tractat, ac si non nisi in una de S. Coena controversiā à no-
 stris dissiderent Ecclesiis, eamque solam è Colloquio Marpurgensi Anno
 1529. relictam cum Calvinistis quibusdam Syncretistico spiritu agi-
 tatis,

tatis, affirmat. Quo ipso nisi hospitem planè in historia superioris & moderni seculi, ut & Theologiâ Elencticâ credamus Calixtum, religionem ac pietatem ipsius deprehendere possumus: Qui tot, tantasq; controversias, quarum ultra triginta è decem solùm articulis Augustanæ Confessionis adduximus præfatione Johan. Crocio ante sexennium opposita & Critico sacro præmissâ, quæ omnes è Confessionibus, Catechesibus, aliisq; Scriptis publicis Ecclesiæ Reformatae demonstratae sunt, in quibus *ὁ δὲ Ἀγ. π. α. σ. ὡν* ab Aug. Confessione dissident, ceu spicas athericas facit, & *dogmata horrenda, & blasphemata*, omnem prorsus consolationem piis mentibus eripientia, (uti de Calvinianis dogmatibus de Prædestinatione Formula concordiae judicat,) Nestorianam item impietatem & Zwinglianam *ἀδωοίωσιν*, ac similis fufuris alias *σκολιδοξίας*, nullum obstaculum *æctuali communioni* ponere censet, dummodò de *orali manducatione corporis Christi* consensus iniri possit, quod annon sic camelos deglutire, judicent alii. Ponamus autem, in nullo alio capite dissensum esse cum Calvinianis, quàm in unico illo de *substantiali præsentia Corporis Domini in S. Cæna*, num is tanti haud æstimandus, ut impediatur communio mysticam, seu fraternitatem spiritualem? Calixtus quidem insuper eundem habet in hac causa, & quùm salvari possit, qui privatur usu sacrae Eucharistiae, neg, eos, qui negant præsentiam substantialem corporis Christi, ac errores fovent de S. Cæna, salute excidere censet; Quùm tamen ignorari haud possit vulgatam Regulam: *non privatio, sed contemptus, vel despectus Sacramenti damnat*: unde innoxia esse poterit *privatio, ac impugnatione Sacramenti*, quoad partes ejus substantiales, & quidem quoad materiam coelestem, non potest non contemptum & despectum inferre. Annon summo id Sacrae Eucharistiae cedit opprobrio, si re coelesti quis eandem privet, substantialem præsentiam Corporis Christi neget, nucleum ipsum è S. Cæna tollat, efficaciam ejusdem salutarem evacuet, merum signum ex eadem faciat, imò institutionem Christi Testatoris in dubium revocet, ne de eo dicam, quod in publicis etiam confessionibus à Calvinianis oralis manducatio corporis Christi à Christo sancita ceu *sarcophagia, & creophagia, blasphemia opinio, somnium, delirium & flagitium* proclametur, ut fit in

Czengerinâ & Scoticanâ Confessione pag. 159. & 194. Syn. Confess. & a-
libi passim. Si eâ, quâ par est, religione, juramenti sui memor,
Calixtus Corpori Julio aures hinc præberet, quod art. de S. Cœna ju-
bet, ut Sacramentarium hæresi omni studio ac Zelo resistatur, ne ulla
specie in Ecclesias irreat, utpote quâ è S. Cœna tollatur optimus nucleus
corporis nempe, ac Sanguinis Domini, quomodocunq; tandem Sacra-
mentarii causam suam ornent, quî, obsecro, Sacramentarios, vel Cal-
vinianos ab hæresi absolvere, ac in communionem mysticam (de
interiori communionem fidei, non de exteriori societatis Ecclesia-
stica hinc quæstio est) eosdem admittere, ac pro fratribus suscipere
posset!

Ad Colloquium Marpurgense quum provocat, meminisse de-
bebat, B. Lutherum cum parastatis Zvinglio, etsi in cæteris erro-
res suos retractaret (ad quos postmodum velut canis ad vomitum
rediit, quosq; aliis insuper novis gravissimisq; erroribus Zvinglii
successores Calvinus, Beza, cum hodiernis Reformatis locupleta-
tunt, & in uno de S. Cœna articulo dissentiret, fraternitatis dexte-
ram denegasse: & quocumque studio Philippus Hassiæ Land-
gravius id egerit, ut Zvingliani ceu fratres susciperentur, non
B. Lutherum modò, sed ipsummet Philippum etiam, cum Brenio,
constantèr protestatos esse, se in eam fraternitatem consentire non
posse. Vid. Acta cum Zvinglian. Histor. A. Confess. D. Chytræi annexa.
Quid multis? reos esse corporis & sanguinis Domini, ac sibi metipsis ju-
dicium manducare ac bibere, qui non discernunt Corpus Domini, defi-
nit Apostolus I. Cor. XI. Num autem corpus Domini discernere
Calvinianos dicturus est Calixtus, qui realem præsentiam
ejusdem prorsus negant. Audiat si placet prædecesso-
rem suum, Tilemannum Heshusum, in Comment. in b. l. p. 259. Pro-
pter hanc causam tantum reatum contrahit sibi indignè manducans,
quod panem benedictum, qui est corpus Domini, habet pro communi pa-
ne, non discernit corpus Domini sanctum à reliquis cibis. Ex quo rur-
sus patet, indignos manducare corpus Domini ad judicium: Quomodo
enim in Cœna S. corpus Domini discerni posset ab aliis cibis, si non esse
verè præsens, nec panis benedictus esset verum Christi corpus. Quod si
juvare id Calixtum, aut Calvinianos ab hæresi liberare possit,
quod

quod *Min. 119. f. 2.* prætextitur, *veritatem verborum Christi à nemine negari: quæstionem solum esse, num verba prout sonant, an v. figurato intelligi debeant sensu; excusari pariter poterunt omnes hæretici, quorum nemo facile inficiatur, hæc vel illa esse verba Spiritus Sancti, sed tantum hoc vel illo sensu eadem esse accipienda; neq; Soci-niani hærescos amplius arguendi erunt, cum negant, Christum proprie esse DEUM & Filium DEI, siquidem non inficientur veritatem verborum Scripturæ, h. e. verba illa vera esse, quibus DEUM, & Filius Dei dicitur, sed id tantum negent, ea verba esse proprie, & prout sonant, accipienda, vel sensu eo, quo nos accipimus, de summo, & vero natura DEO, ac improprie eadem explicent, ratione officii aut similitudinis cum DEO. At Augustinus Catholicus Ecclesie Doctor fuit: quæ tamen libr. 3. de doctrin. Christi. c. 16. figuratè, & contr. Adimant. c. 12. de signo corporis Domini, verba de presentia & perceptione Sacramentali explicat. Ita Calixtus loc. cit. quasi conductus causa Calvinianæ tabula, aut Patronus. At monuerunt jam pridem contra Calvinianos orthodoxi, B. Augustinum priori loco figuram ponere in verbis Christi Joh. 6. 53. non verò in verbis institutionis Sacramenti, utut illa etiam ad S. Eucharistiæ finem referat: in posteriori verò loco non signum nudum vel merè σφραγισμὸν, sed ὑπεραδοτινὸν intelligere: ut ipse sese explicat Serm. ad Neophyt. Hoc accipite in PANE, quod pependit in cruce, hoc accipite IN CALICE, quod effluxit è latere.*

Deniq; quod ad formulam explicandi hanc controversiam *Nn. 1. f. 1.* propositam, quâ admodum sibi placet Syncretista, non mirum eandem Reformatos emundioris naris admisisse, quàm cothurnus merus sit, nec quisquam Calvinianorum neget, cum à fidelibus editur panis, corpus quoq; Christi edi, quando bibitur vinum bibi quoq; sanguinem, non quidem mediante solum fide, sed modo supernaturali, quæ Sacramentalem ipsi vocant, verè tamen & secundum ipsam substantiam: sed ore corporis in & sub pane Corpus Christi manducari, hoc est, quod omnibus modis impugnant, detestantur, & abominantur Calviniani? Sic ergò infumum abit Syncretistica illa Calixti adinventio, quâ longè callidiores subtilius jam excogitarunt fratres ejus in Christo Bergius, Crocius, sed quoad usq; illi corpus Christi tanto intervallo à pane Eucharistico abesse.

C 3;

pro-

pronunciant, quanto cœlum à terra abest, & æquè ceu humanum commentum execrantur, aut etiam pro re impossibili habent *multipresenciam* uti *omnipresenciam* corporis Christi, nulla hîc nisi verbalis consensio exurgere potest, quâ si ludificari sese patitur Calixtus, manente dissonantiâ in re ipsa tantâ, quâta fuit unquam, nos tamen magis prudentes esse decet. *Vulpes jungant, aut bircum mulgeant*, qui sputum etiam quodvis lingunt Calixti, per nos licet.

Redit is nunc denuò ad *Colloquium Thoruniense*: atque excusare nititur suam cum Calvinianis conjunctionem: Quod ea inita fuerit in causis contrâ Pontificios communib9: quod non cum hereticis, sed fidelibus Christianis, quod cum honestis primariis ac eruditis piisq; viris: quod eâ intentione inita, ut errores & superstitiones Papistarum refellerentur, Reformati etiam in nostram sententiam perducerentur. Nec verò potuisse aut voluisse D. Calixtum in D. Calovii gratiam frustra suscepto 80 miliarium itinere otiosum Thorunii sedere: optasse, ut communi Concilio Lutheranorum & Reformatorum contrâ Papistas ageretur, & quum id non succederet, neq; penes Aug. Confess. Socios admitteretur (quod falsò, uti ante monui, Dn. D. Hülsemanno, & mihi tribuit) transeundû ipsi fuisse ad Calvinianos. Hec solidam responsionem, quâ unâ omnia, quæ prolixè contrâ illam cum Calvinianis cõtessionem è verbo Dei, antiquitate Ecclesiasticâ, Scriptis Symbolicis, consiliis ac sententiis Theologorum hætenus adducta sunt in medium, faciliùs expediri possunt, quàm pyrùm comest vulpes. At non latere aut poterant, aut debebant Calixtum rationes gravissimæ, ob quas ne quidè in controversiis, aut causis communibus contrâ Pontificios cum Calvinianis conjunctio istò potissimum in Colloquio, isticq; loci Theologis A. Confess. ineunda, quarum nonnullas adduxeram, sed Calixto hæsit aqua, ubi respondere debebat. Unde ad causæ desperatæ asylum nunc se recipit, *Bergium, Richelium* & ceterosq; Calvinianos Doctores, quibus se junxerat, non esse hereticos, sed fideles, Dei filios, unâ ita liturâ delens, quicquid Scripta Symbolica definierunt, quibus fidem dedit, quicquid Theologi August. Confess. hætenus exquisitissimis demonstrationibus de Calviniana hæresi, ejusque damnatis erroribus, & blasphemis, atq; impiis doctri-

doctrinis evicerunt. Intentio, quæcumq; hic fuerit Calixti, pa-
rùm ipsum juvabit. *Non enim facienda sunt mala, ut eveniant bo-
na.* Recognoscat *Lector Benevolus* ea, quæ in der nöthigen Ableh-
nung à pag. 52. ad 65. ut & seqq. diximus, & Calixto ad illas *weg* Quæ-
siones omnes, quas nūc ceu bis coctam cramben apponit, abunde jã
responsum esse, inq; iis diluendis hïc planè succubuisse Calixtum
deprehendet. Si otio Thorunii corpore noluit, num ideo illicitam,
& scandalosam cum Calvinianis Pseuda-Prophetis conspi-
rationem inire præter, & contra instructionem, sive voluntatem
Principum suorum Illustrissimorum, (quos in eam consensisse,
pietas & sanctior religio ipsorum, ut credam, non permittit)
*maximo cum Ecclesiarum nostrarum præjudicio & eterno suo dedeco-
re, par erat?*

Labem certè non eluet *recitatio literarum*, quæ hujus rei causæ
exaratae sunt, (quarum nonnullas perverso modo ex hostili & venenato
animo à nobis prolatas esse demonstrat Calixtus, aut calumniam re-
sorbeat) imò culpam magis magisq; exaggerat. Nam quod ad *Se-
reniss. Electoris Brandeb. literas*, testantur, & satis, *W. G. S. A. R. v.* Re-
formatis à Calixto præstandam desideratam esse, cum *Coloniæ
Thorunium juxta cum aliis Theologis*, quibus sese jungere debebat, *profi-
ciat* dum esse, moneant: Quinam autem illi sint, quodque non
Prussi A. C. Theologi, sed *Marchiaei Reformati* fuerint indigitati, si-
ne Oedipo intelligere poterat, unde *Sereniss. Princeps Lünæburg.
Friedericus* prudentissimè monuit, *Diß sey eine Sache / so etwas
nachdenck n mitführet / Item, daß D. Calixtus darüber zuvernehmen/
ob er diesem Convent zu Thorn / welcher ohn zweifel vornemlich zwis-
schen denen / so der Catholischen vnd der Reformirten Religion zu-
gethan / angestellt / ohn nachdenckē vñ displicentz anderer der A. Conf.
vnderänderten Stände / vnd Theologorum benzuwohnen vermeyne/
vñ rahtsam ermesse / quod Calixto ita interpretatus est, daß nicht et-
wan meine Gegenwart von vnser Confessions Verwandten übel uff-
genommen vnd gedeutet werde / als wañ den Reformirten oder Cal-
vinisten ich benpflichtig / vnd zugethan were; Sed susq; deq; habito
dubio illo gravissimo Principum suorum Illustriss. & tenore ipso
literarum vocationis Electoralium, magis ille suæ obediendum
duxit.*

duxit intentioni Syncretisticae, ut hanc *wey Q̄oeris*, quod cum Theolo-
 gis Regiomontanis aliisq; e Prussia conjungere sese debeat, ab Electore
 Brandeb. seu Duce Prussiae respectu A. Conf. presentandis, eaq; fini
 Dn. D. Qvistorpius Rostochio quoq; vocatus sit ab Electore Brandeb. ut
 & Dn. D. Jacob. Martini à Senatu Dantiscano, qui Dn. D. Hülfeman-
 num sui loco commendavit. At in re tanti momenti prudentius
 versari, neq; nudis conjecturis insistere debuit, aut falsis relationi-
 bus, (qualis illa fuit de Dn. D. Jac. Martini, & Dn. D. Hülfemanno,
 quorum neuter à Senatu Dantiscano vocatus) uti sanè Dn. Qui-
 storp. jam antea d. 26. Junii Anno 1645. (cùm hæc scripserit Calixtus
 7. Julii ejusdem anni) non acceptarat, sed recusarat provinciam,
 oblatam ob illam cum D. Bergio conjunctionem. (Vide noth. Abl.
 p. 15.) nec ignotum esse Calixto poterat, quo cum ipse conjun-
 gendus, quovè respectu mittendus fuerit, quàm è literis vocato-
 ris, ut & Job. Bergii familiari Epistoliò de eo edoctus fuerit, cui pro
 benevolentia, & benignò de se judiciò maximas agit gratias, quod Se-
 renissimus Elector ab ipso persuasus sit, operam suam ad sanctum
 hoc maximeq; momenti Colloquium nonnihil conferre posse; ut taceam,
 quod D. Bergio rescripserit, sine discrimine utrosq; Lutheranos &
 Calvinianos junctim Thorunium advocatos esse à Rege Polonia. Sed
 de hisce in Tract. nostro jam actum pluribus, ad quæ cùm respon-
 dere debebat Calixtus, eadem chordâ oberrans *wey Q̄oeris* suas
 jam dilatas solùm iterat, adeòq; nihil solidè se respondere posse,
 hoc ipso prodit.

Nunc lepidam nobis fabellam enarrat capularis Senex, ne
 non suo etiam exemplo illud veriverbium *Senes bis pueri*, compro-
 bet. Ea est de Dn. D. Bosfacci, & meo accessu ad D. Calixtum, ubi &
 Dn. D. Bosfaccus cum primis humanitatem suam exhibuerit, & D. Ca-
 lovius tractabilis, & moderatus satis fuerit, sed cùm intelligeret, D. Ca-
 lixtum nolle Calvinianos condemnare, & è numero Christianorum ex-
 cludere, neq; refragari, ut cum iisdem se jungant Lutherani contra Pa-
 pistas, irà adeò hunc commotum fuisse, ut Calixtus abrumpere Collo-
 quium necessum habuerit, eiq; indicare, nolle sese cum ipso hanc de causâ
 ob nimium ejus Zelum & fervorem conferre, atq; hanc genuinam sc.
 causam esse, insatiabilis inimicitia, & odii furentis D. Calovii adversus
 D. Ca-

D. Calixtum; cui altera illa accedit, quod Calixtus cum ipso paritè
fervore adversus Calvinianos non exardescat. Plaudite jam Musæ
Julianæ. Calliopius recensuit (Calixtus.) Mirari autem satis non pos-
sum tantas nugas atq; ineptias in veterano Theologo, qui prote-
statur semper operose sanum adhuc sibi esse sinciput. Conveneram
ego cum Dn. D. Bottsacco D. Calixtum non solum humanitatis te-
standæ ergò, sed ut iudicium ejus de postulatâ nomine fratrum Bo-
hemorum conjunctione cum Reformatis Confessionis Bohemica & cum-
primis, cum à parentibus Reformatis abstrahi queat, ut nostris sese
jungat, explorarem, idq; consciis, & expetentibus DDNN. Patro-
nis nostris: Nec proponebantur illa abs me, sed à Dn. D. Bottsac-
co, qui etiam non minus argumentis, & exceptionibus gravissi-
mis, quàm ego D. Calixtum urgebat, ad insperatam illam decla-
rationem de conjunctione cum ipsismet Calvinianis Helvetica Confess.
addictis, deq; mysticâ & spirituali communionem ac fraternitate cum
iisdem colendâ & Doctrinâ à. & u. a. plurima, de predestinatione
absolutâ ab Augustino, & B. Lutero, Doctoribus Catholicis, propugna-
tâ, de D. Egid. Hannio primo superioris seculi assertore predestinationis
ex fide prævisâ, de momento item controversiæ de gratiâ Dei & merito
Christi universali; quam non concernere fundamentum fidei assererat
D. Calixtus, & quæ hujusmodi alia à Dn. D. Bottsacco requirentibus
DDNN. Legatis Politicis consignata, & Magnif. Senatui Dantiscano,
ut & Rev. Ministerio, instructionis capessendæ ergò perscripta. Cum
impetu & furore me tum respondisse Calixtina est veritas: Aliud
testabitur Dn. D. Bottsaccus Compater honorandus: quàm amicè,
quàm fraternè, addo quàm reverenter Calixtus ab utroq; no-
strum tractatus, sed quàm impetuosè, quàm fervidè, ipse nobis
honorem adventanti Hospiti exhibentibus, responderit, ut sen-
tentiam suam tueretur, ac cum primis Bergium suum excusa-
ret, ceu alienum ab errore in A. Confess damnato, quod semel justificati
non possint amittere Spiritum S. quem etiam in Synodo Dordracenâ
stabilitum præ nimio fervore, inficiabatur; unde quum argumen-
tū istud palmariū urgerem fidē in gratiam Dei & meritū Christi collo-
candam, neq; generari, neq; conservari posse in cordibus nostris, nisi pro-
missiones Evangelicæ universales credantur, quibus gratia Dei, ac
meriti-

meritum Christi ad omnes sese porrigat, non posse quenquam subsumere, Deum velle sibi propitium esse, Christum pro se mortuum esse, si negetur cum Calvinianis Deum omnibus velle propitium esse, Christum pro omnibus mortuum esse, ideoq; controversias illas omninò concernere fundamentum fidei, nec quid ad argumentū istud responderet, inveniret Calixtus, tum verò magno impetu nobis exprobrare, quod nimis fervidi simus, & statim argumenta formemus (quasi collatio talis sententiarum sine argumentis sive explicitis, sive implicitis fieri possit! Quo de vide ipsius Calixti iudicium 293. f. 2.) adeoq; colloquium cum utroq; nostrum abrumpere; frustra nobis, sine bile, ac reverentè, & amicè protestantibus, non hec ex fervore proferrè, aut contendendi studio, sed ut in causa tanti momenti à Theologo veterano informemur. Postmodum alia adhuc movebantur, mentis ejus rectius cognoscenda ergò: Sed quum *Æthiopem lavari* videremus, reverentè sine animi commotione, præviâ amicâ valedictione, discessimus. Hæc ita, nec aliter sese habere testabitur *Dn. D. Botsæcus. De odio furente & inimicitia insatiabili* nihil mihi conscius sum in hunc usq; diem, cujus dum ludicram, eamq; commentitiam causam tradit Calixtus, ex suo ingenio alios æstimare videtur. Non cum personâ Calixti, sed cum doctrinâ ejus Syncretisticâ negotium mihi fuit, quam odio perfectò, exemplo Davidis, non possunt non odisse omnes sinceri Ecclesiæ Doctores, imò omnes pii, rerum periti. Quem quò minùs deinceps pro sincero Aug. Conf. Theologò, sed Samaritico Syncretistâ haberem, non tam Colloquium istud, aut defectus fervoris adversus Calvinianos in Calixto effecit, quàm *Epicrisis Calixtina* de Colloquio Thoruniensi, & actualis cum Calvinianis in isto Colloquio, (adeoq; statu Confessionis publicæ, ad quam edendam distinctim Lutherani & Reformati vocati erant,) conjunctio, cæteraq; post-secuta scripta Samaritica Calixti.

Quæ porrò de consultatione cum Thoruniensibus de nominali Elencho (quem terminum nunquam sibi auditum, ait) more suo commemorat Calixtus, *Dn. D. Hülfemannum* pungens, quasi tantum ut ipsi contradiceret in aliam descenderit sententiam, quum is ex iuffragio omnium Aug. Conf. Deputatorum causam illam egerit, ubi Thorunienses & Elbingenses, quoad usq; suis inhærebant statutis de non refutandâ nominatim Calvinianâ sectâ, vel doctrinâ pro
ca-

cathedrâ Ecclesiasticâ, unde in Ecclesiis ipsorum *sine discrimine* Calviniani æquè ac Lutherani, non obstante *dissensu sive in articulo de S. Eucharistia, sive in aliis fidei capitibus actuali* communionem ejusdem Eucharistiæ fruuntur, (quod nec ipse Calixtus probare potest, *obstare dissensum de Eucharistia communionem actuali* agnoscens) in cæterorum Aug. Conf. Deputatorum tum Politicorum tum Ecclesiasticorum societatem admitti non poterant, utpote de *Syncretismo cum Calvinianis suspecti*, ex parte etiam *Calvinismo* prorsus addicti; & quæ in isto dissidio secuta sunt, de iis *ex publicis actis aliisque documentis* longè aliter edocebitur *Lector benevolus* in der Nothwendigen Ablehnung pag. 17. ubi cum primis observavimus, Calixtum non vocatum fuisse à *Tboruniensibus & Elbingensibus* seu *Patronum Lutheranae partis*, à qua tunc illi dissidebant, sed quæ illi tertium ac peculiarem tum cœtum constituebant, suisque *Syncretisticis placitis* inhærebant, quibus eatenus per *instructiones & interdicta superiorum* accedere aut conjungi non potuimus; quum verò stipulatâ dexterâ promitterent *Ministri Tborunienses & Elbingenses*, se deinceps tum *thesi anti-thesi* contra *Reformatos nominatim*, & expressâ errorum *Calvinianorum* confutatione publicitè tradituros, *Patrono causa* non amplius egebat *D. Calixto*. Sed de his aliisque; hic falsò à *Calixto* relatis, ut & *de vocatione Calviniana*, & num is rectè fecerit, quod eam acceptavit, ex vero informabitur *Lector cordatus* *loc. cit.*: ubi pluribus ea omnia exequimur, in quibus si quicquam desiderare potuisset *Calixtus*, contrarium docere debuisset. Sed is extra *Rhodum saltat*, more sibi *solemni*, & ad alia delabitur. Illud autem nimis *jejunum* est, quod *Benjam. Ursinum delegatum ab Ecclesiis confessionis Bohemicae* (*Notarium partis Calvinianæ* arripit *Superintendentem Ecclesiarum Conf. Bohem. Job. Bythnerum* præterit: quod tamen fortè *Senecionis ἀβλεψία*, aut lapsui memoriae tribuendum potius, quàm *ἀκρισία*) commemorans, ad *judicium B. Lutheri de fratribus Waldensibus* è *Tom. II. Jen. Germ p. 200.* provocet, quasi eadem sit horum *Bohemiorum*, quæ Anno 1523. credebatur *B. Luthero Waldensium* esse doctrina & Confessio: de quo nisi senem pudeat in hisce Ecclesiasticam Historiam concernentibus edoceri rectiùs, *D. Job. Hederici exam. capit. doct. Fratr. consulat*, & quæ prolixè in *Examine doctrinae publicæ & Syncretismi*

smi Ecclesiarum Reformatarum de persona Christi Col. 65. & seqq.
ex historia deduximus; ubi quomodo *B. Lutherus* nunquam *Bo-*
hemorum Confessionem absolutè probarit, sed *Picardos* (a *Gruben-*
beinensibus distinctos) *hereticos* ob *negatam presentiam corporis &*
sanguinis Christi in S. Coena dixerit *Tom. 1. Jen. f. 211.* & quid de *B.*
Lutheri censura (quæ nitebatur *declaratione per legatos facta*)
de *Waldensibus* habendum sit, abundè informari poterit.

De *Literis communicatoris D. Calixti cum Legato Regio & E-*
piscopo Samogitiae ac Praesidibus Regiis actum est pag. 89. ad quæ is ite-
rum nihil reponere poterit, nisi quod jam à *DN. D. HÜLSEMANNO*
divulgatas notisq; nonnullis illustratas denuò divulget, & in e-
ventum tantum conceptas dicat. Quæ verò exculpandæ suæ cum
Calvinianis contumeliat'oni hic inspergit, de actu *Scholastico Jesuitarum,*
& convivio Episcopi Samogitiae, cui interfuerit, deq; officiis *comi-*
tatis & humanitatis etiam *Ethnico in studiis presertim Aristotelicis*
(cur non *Platonicis, Pythagoricis, Archimedicis?*) *versato exhiben-*
dis, ea quàm inepta, quàm ἀπεροδύρα sint, nemo non videt, qui
quidem aliud esse nôrit, *Pseudoprophetis* sese conjungere in actu *sta-*
tuq; edendæ *Confessionis publicæ,* ejusdemq; defendendæ contra
Adversarios, aliud officia *comitatis & humanitatis* alicui exhibere.
Hæc verò dum ab aliis sibi prolixè *Thorunii* declarata ebuccinat,
unum excipit *Calovium,* qui tamen honorem ipsi eum exhibuerat,
ut inviseret eundem, ac de adventu congratularetur. Tale enim
Calixtum esse, qualem se exinceps prodidit, nunquam antea cre-
didissem; *cujus atra veneno invidia nigroq; undantia pectora felle,* &
astutam vapido sub pectore vulpem nunc non in facie, & oculis, sed
in *Scriptis* ejus, *maledicis,* ac *virulentis dictis* longè refertis-
tis, universus orbis legere potest, quæ non de *D. CALOVIO,* sed
mutatis paululùm ultimis syllabis, *D. Calixto* scomma istud ve-
rum esse, das ihn der Zorn vnd Grimm ganz unbändig mache, item
von den heutigen abscheulichen Schmah- vnd Lasterungen abundè
testabuntur. Cur verò *D. Calixtum* non amplius, ceu *Theolo-*
gum Orthodoxum venerari possim, quemadmodum ante hos
XVI. annos, quum *Studiorum causa Resto. bu* agerem, factum (mis-
so meo tractatu *Anti-Bergiano, Stereomate verborum Testamenti*
Christicum honorariâ ἐμυροφῆ) causas prolixè *Instie. Theolog.*
exponunt, quas, si potest, diluat *Calixtus,* aut, quod optandum
magi

magis, è mediò tollat, ac tãq; pœnitentiã ad gremium Orthodoxo-
rum sese recipiat; ita honori non sui modò, sed ipsius divini no-
minis (quod ipsã vita carius esse debebat) consulat quã opti-
mè & ex voto Christianæ Ecclesiæ!

Unum tamen arripit Calixtus è Scripto meo, & invenisse
hic putat sese, non quod pueri in faba. Quod nempe dixerim
pag. 71. *Calixtum interfuisse, aut prafuisse eudenda Confessione Calvi-
niana in Colloquio Thorunensi, eò quod hæc ipsissima Calixtina Pra-
fessio sit, quæ à Calvinianis Thoruni edita est. dum Symbolum A-
postolicum, Nicenum, Athanasianum, Confessiones Ephesina, & Chalce-
donensis, ut & Quinta & Sexta, nec non Mileviana & Arausiana II.
Synodi pro tali professione fidei venditantur, quã Christiani verè
Catholici ab omnibus veteribus & recentibus hæresibus se suasq; Eccle-
sias separent.* Et quum illa ipsa Symbola Thoruni adducta quoq;
sint in professione fidei partis Augustanæ, quaitionem instituit, num
D. Hülsemannus & D. Calovius etiam ediderint Calixtinam professio-
nem? At committit Calixtus puerilem elenctum compositionis
& divisionis; Nos enim Symbola ista antiqua fidei quidem nostræ
professioni inseruimus, sed addidimus iisdem simul scripta Eccle-
siarum nostrarum Symbolica, ut ex iis conjunctim ac simul sumtis li-
quidatio, quæ vocabatur, *doctrina nostræ* acciperetur: At Calix-
tus ea Symbola, quod notantèr adjeci, pro tali vendit at professio-
ne fidei (etiam non accedentibus, aut pensis habitis Symbolis Ec-
clesiarum nostrarum recentioribus) quã *Catholici ab omnibus hæresibus
veteribus & recentioribus separentur & adequatè discriminentur.* Quis
longè diversissima esse, nemo non intelligit. Vidit hoc discrimen,
dubio procul, Calixtus, ideoq; satagit id probare, ea quæ Symbolis
istis proposita sunt, sufficere; quia ad salutem consequendam, quæ Scri-
ptura, ministerii, & Theologia scopus est, sufficiant. Si verò illud sal-
tim extrà controversiam relinquatur, quod ad salutem necessarium est,
meritò abstineri censet à condemnatione & hostili contentione. Resp.
ea, quæ Symbolis istis proposita sunt, neq; sufficere adequatè ad
consequendam salutem, eò quod nonnulli fidei articuli creditu ne-
cessarii prætermittantur, nec eã fini Symbola ista sint adornata, ut
adequatè omnia credenda exhibeant, sed ut ea potissimùm quæ
tùm in controversiam venerant, definirent: uti hæc prolixè in

*Harmoniâ Syncretisticâ Papistico-Calviniano Remonstrantico Soci-
niano Calixtinâ* demonstrata sunt: neq; si sufficerent ea ad salutem
consequendam, id consequens foret, quod infert Calixtus, quâ alia
iisdem haud contenta, abstinendum esse à condemnatione?
Quandoquidem hypothesis præsupponatur merè precaria, imò
falsissima, hæreses tantùm esse eos errores, quibus directè negan-
tur dogmata præcisè ad salutem creditu necessaria, illosq; solos
condemnandos esse, cæteros verò tolerari debere citrà condemna-
tionem. Quo pacto sanè multi in Catalogo hæreticorum ab
Epiphano, Augustino aliisq; immeritò recensiti, multi etiâ à Ca-
tholicâ Ecclesiâ præter jus & fas damnati essent, utpote omnes il-
li, qui non quidem directè, sed indirectè, & per consequens arti-
culos secundum Calixtum creditu necessarios, qui consequentia
fidei, ut vocat Calixtus, vel antecedentia, ac præsupposita nega-
runt aut impugnarunt. Sed hæc in Institutionibus nostris abundè
discussa sunt, ad quæ nihil præter inanem petitionem principii,
vel repetitionem ejus, quod in quæstione est, reponere potuit Ca-
lixus, ideoq; eò lectorem remittimus. Aliud est sufficere ad sa-
lutem, aliud sufficere ad discernendas hæreses quasvis ab ortho-
doxis. Neq; consequens est, si saluti fortè innoxia sit hujus vel il-
lius dogmatis ignorantia, innoxiam etiam esse illius negatio-
nem, & impugnationem, ut proinde negantes, & impugnantes a-
nathemate percutiendi, aut pro hæreticis habendi non sint. Hic
verò dum *Calixtus* ad argumenta opposita respondere, aut suam
rationibus confirmare debebat sententiam, chartas vanis & ina-
nibus, pro more suo, implet declamationibus, ac ne sal ipsi usi-
tatum desideretur, ubertim eas conspergit dictis & calumniis,
de ubiuitate quâdam (in cerebro Calviniano confictâ, nostris-
que Ecclesiis affictâ) corporis Christi, & perpetuò durabili unio-
ne secundum indistantiam localem cum corporibus fidelium;
De religione inversâ, eò quod in Symbolo Apostolico credenda
omnia, omnesq; fidei articuli contineri negentur, nec bona ope-
ra ad salutem consequendam necessaria statuuntur (quum ve-
ram religionem in illo principio Cassandrino-Spalatino, & hoc
articulo, Majoristico in corpore Julio damnato consistere, pro-
bare

bare debuerit, non supponere τὸ κεινόμενον, seu ὁμολογημένον
eiq; calumniam inædificare) de partibus magnis, in quas Ecclesia
Catholica hodiè divisa sit, quarum unaquæq; antiquis symbolis
& confessionibus quædam additamenta assuat, (quæ calumnia
in universam Ecclesiam Catholicam redundat, neq; puram re-
linquit Ecclesiam, aut religionem, nisi in trigâ illâ *Calixto, Dreje-
ro, Latermanno*; quod quantum à Donatisticâ hæresi absit, vel
ipse *Drejerus* aliis Donatistarum hæresin citra causam affricans,
dijudicet!) de additionibus nostris ad fidei articulos, quas æqui-
paremus articulis fidei, de odio Christianæ concordia & toleran-
tiæ *Hülsemanniano & Caloviano*, ex quo illi cum *D. Mislenta & aliis*
conspirantibus desiderium & studium pacis & concordie Ecclesiastice
ceu Diabolicas cogitationes & à Diabolo inspiratas opiniones, atheis-
um, & Samaritanismum abominantur, & quæ hujus commatis a-
lia sunt innumera, eaq; horribilia in centone Calixtino (commata,
convitia, & dicteria, quibus animum quidem suum explere, cor-
datis: verò, ceu Calumniatorem pessimum sese profiteri vo-
luit capularis senex.

Dum verò ex hoc criminandi diverticulo denuò revertitur
ad *Colloquium Thoruniense*, ibiq; inde à 25. Sept. gesta, profiteretur
imprimis *inexpectatam sibi fuisse Schönboffianam declamationem &*
incognitam eòusq; instructionem Regiam (ut scil. specimen habea-
mus senilis prudentiæ, quod cum per mensem penè integrum à
di. 28. Augusti ad 25. Sept. Colloquium jam duraret, ne Regiam
quidem instructionem principio statim propositam, typis divul-
gatam, & ceu normam colloquio præfixam, super quâ tot agitata
fuerant consilia, cognoverit) *neq; satis se comprehendere posse, quo-*
modo colloquium conciliationes religionis causa institutum absq; dispu-
tatione peragi possit: ne tamen ab ingenio suo abeat Rhetoricas per-
orationes magis contentiones parere, quàm formales disputationes,
exemplo *P. Schönboffi & P. Hyacinti* probans, *Dn. D. Welleri & D.*
Calovii scripta sibi opposita Papistis adjungit ex mera criminandi
libidine: sed uti calumniam nullo ipse probat, aut probare po-
test documento, ita retorqueri jure meritoq; illa dicteria posse in
hunc centonem *Calixtinum*, & alia in hâc causâ ab ipso confarcina-

ta.

ta scripta, res ipsa nimis luculenter docet, das D. Calixti wieder
Herrn D. W E L L E R U M, Herrn D. M I S L E N T A M, Herrn D. H Ü L -
S E M A N N U M, Herrn D. D O R S C H E U M, Herrn D. S C H A R F I U M, Mich
vnd andere THEOLOGOS außgegangene Schmähkarten solches in-
sonderheit außweisen / darinnen anders nicht enthalten / als plauber-
werck vnd vngestüme Declamationes, ein hauffen blosser vnd loser
Wort ohne coherentz vnd consequenz.

Excusimus jam ultra quinquaginta paginas *centonis Calixti-
ni*, nec ulla de re formaliter disputare, sed garrulo stylo declamita-
re ac sine coherentiâ & consequentiâ, multa ad rem parùm aut
nihil facientia, confarcinare undiquaq; referta calumniis depre-
hendimus, ut pigeat amplius ejusdem maledicis & ineptissimis
chartis vacare. De modò disputandi & de necessitate ejusdem in-
eruendâ veritate (quæ admodum juvenis, suo loco, h. e. *tractatu
de methodo docendi & disputandi*, exquisitius, ni fallor, cum majori
Lectorum fructu proposui) præter rem operosus est, eximiumq;
illum disputandi processum, quem etiam per Filium Ecclesiæ cen-
κευήλιον quoddam communicavit (ut argumenta & responsa
ad certa intermedia loca mittantur) cujus præclarum jam speci-
*men in literis & appendicibus locerarum ad Illustriss. Hassia Landgra-
vium Ernestum* dedit, iterum Ecclesiæ, ne tantum *ἐνεργεῖα* suscipi-
deq; habeat, commendat, offertq; illum *Wittenbergensibus conspi-
rantibus*, quos vocat, in controversia *de omnipresentiâ & de fide SS.
Trinitatis & apparitionibus Filii Dei sub Vet Test.* ne scilicet atenam de-
tractare videatur; quum tamen illa controversia adversus *Calvi-
nianos* ultra seculum jam scriptis ventilata sit publicis, quibus
nihil sapientiorum, multò etiam ineptiorum suâ *multipresentiâ
Calixti* credimus: hæc verò Scriptis *Dn. D. Welleri, Dn. D. Hül-
semanni, Dn. D. Scharffi, Dn. D. Dorschei, Dn. D. Petr. Haberkornii,
& aliorum, itemque disputationibus nostris solemnibus de pluralita-
te personarum in V. T. & de fide Abrahamica in V. T. satis discussa* sit,
ad quæ nihil hætenus solidi reponere potuit, aut ausus saltem
fuit *Calixtus*; nunc abjectâ hastâ aliam velitationis formam, di-
cis causa, expetens, ubi de responsione desperat, qua vel Scriptis
illis satisfaciat, vel (quod caput præcipuum causæ est, sed silentio
involvitur à *Calixto*) apostasiam suam, cujus per compluria argu-
menta

menta convictus est, declinet. Imperiis autem ut fucum faciat, scenam suam ita adornat, ac si omnis controversia cum Novatoribus in eò sita sit, *utrum è trisagio Sanctus, Sanctus, Sanctus, Bara Elobim & his similibus in V T. efficaciter probari possit SS. Trinitas: utrum Filius Dei ante incarnationem in assumpta specie sub nomine Angeli apparuerit: utrum anima à Deo recur, & similibus aliis questionibus, ob quas nemo dissentiens damnandus sit: At longè aliter sese rem habere vel ex hac controversiarum Synopsi apparet. Probat etiam necessarium non esse ad salutem, ut quis credat è Bara Elobim Trinitatem evinci posse, animam per traducem propagari, sed, pro more suo, sine Adversario disputat. Quis enim ista unquam necessaria creditu ad salutem asseruit? In eo verò sophisticum & veteratorium prodit ingenium, quòd ceteras cum Novatoribus agitatae controversias non majoris quàm istas momenti esse, Aliis persuasum cupiat.*

Inculcat nihil amplius Doctori, quàm Laico necessarium scire esse ad salutem; sed iterum hic cum larvis pugnat, quum id nemo inficietur: *Τὸ κενὸν ἐνὸν* verò dissimulat, num in aliis omnibus, qua precise creditu ad salutem necessaria non sunt, vel qua in Symbolo Apostolico contenta non sunt, (hæc enim retrocurrunt Calixto) veritas caelestis impugnari possit, citra hereseos crimen, & num impugnationo talis merito condemnanda, an verò in Ecclesiâ toleranda sit, citra condemnationem?

Sed cogimur inconditas nugas Calixti porrò sequi & cum ipso extra oleas vagari, qui ne quicquam desideretur, quæstionem sibi format. *Num omnes Papistæ & qui Papa subditi, excludendi sint è numero Christianorum & filiorum Dei? & D. Lutheri verbis responsionem subjungit T. IV. Jansen. p. 320. è quibus tandem infert, Papam permittere predicari Christum: & Papistas, si pii sint, Christianos esse, & Christi membra Lutheri sententiâ: eò quod Hic fateatur, in Papatu verâ Scripturam, verum Baptismum, veram Eucharistiam, veras claves, verum Ministerium esse, & c. Hæc Carneadem acumen & modum disputandi prorsus Aristotelicum! Nimirum statum quæstionis fingit ac refingit pro lubitu, ne non andabatarum more pugnet: Argumenta sibi opposita surdâ præternavigat aure, nec nisi*

nisi cum lemuribus propriis colluctatur, in quibus tamen debellandis ita versatur, ut nec infelicius possit *infimi subsellii Ramista*. Nemo enim omnes Papæ subditos, in quos Papa dominatur, & tyrannidem exercet, unquam exclusit e cœtu Christianorum, & filiorum Dei: nec de eo quæstio unquam fuit, *num multa bona Christiana, Verbum Dei, Baptismus &c. sub Papatu sint?* Sed *cur sio dogmata Papalia, quibus à nostris Ecclesiis dissident Pontificii, tolerari possint ac debeant sine anathemate ac condemnatione? An Pontificii ea propugnantes ab heresi absolvendi, & in communionem mysticam, ut ut retineant, foveant, propugnent eadem, recipiendi sint?* Quod è B. Lutheri verbis aut Scriptis demonstrat, si Lutheranus non dici sed esse velit *Calixtus*. Contrariū demonstratum est in *der nothw. Ablehn. p. 118 seqq. ex articulis Smalcaldicis*, qui publicum sunt B. Lutheri scriptum, in quod juravit *Calixtus*. Sed is silentio ea transiit solumq; obvertit mutilum Lutheri locum, adducens verba ipsius *ut Diabolus Ps. XCL. id quod præcipuum est, omittendo: Ich sage was der Bapst mit uns gemein hat: de iis ergo loquitur B. Lutherus, non in quibus Papa aut Papistæ à nostris Ecclesiis dissident, sed quæ illis nobiscum communia sunt.* In istis a. quibus dissident, Papam & qui eidem in illis adhærent, condemnasse magno Zelo *Megalandrum*, cui dubium aut ignotum esse potest?

Reditum parat denuò ad *Colloquium Thoruniense*, & quum respondendo deficiat, *arti dirinandi operam navat; cur nihil effectum sit in Colloquio: quo de rerum omnium imperitus judicat, tanquam cœcus de coloribus, ideoq; actis præteritis, è quibus relictius veram causam edoceri poterat, ad Anonymi quadam Excerpta ex informatione de negotio Collocationis Thorunii indictæ (dubiæ auctoritatis & valoris perexigui) sese recipit, & ex haruspicinâ illa hariolatur, Papam prohibuisse Disputationem.* Et sperat tamen, se cupido *Lectori gratiam aliquam facturum* istis tam vanis, tam malè consultis, tam incertis & detortis relationibus, *ad quas se à D. Calovio adactus est.* Huic enim debebat respondere ad *ἐγκλίματα* objecta, & cum primis ad *contestationem cum Calvinianis: ad quæ omnia magis mutus est quàm scapha.* Quod verò *me cum parte adversâ, studio contradicendi, facere, ait, das mit diesem hochwichtigen*

gen Werck mit disputiren es eben nicht ausgerichtet / in eo Sophi-
stam iterum sese prodit: Omittit enim determinationem in *Tra-*
ctatu meo disertè additam: Und zwar in mündlicher conferentz.
De quâ *orali sententiarum cum adversa parte collatione & disputatione*
dixi, alios cordatos & prudentes Theologos & Politicos multò aliter
judicasse. Cur verò hic mutilavit verba mea Calixtus & restri-
ctionem additam omisit, nisi quòd imponere voluerit Le-
ctori, more sibi solemni, at veteratorio. Quærit, quinam illi sint?
Num Protestantes, Reformati an Augustani, an verò Papista. At nisi
iudicia aliorum tum Reformatorum, tum Augustanorum adun-
co naso suspendisset, *oralem disputationem* ob graves causas utrosq;
dissuasisset, haud ignoraret. Quid? quòd Calixtus ipse per Filium
causas, *cur collatio potius instituenda sit scriptis, quàm orali disputatione,*
proposuerit, ea q;³ se desiderare testatus sit *Proem. dissert. de igne pur-*
gatorio quæ hic S.S.I. repetuntur. Quales verò *disputationes ex-*
clusas S.R.M. voluerit, *prescriptum Regium* satis edisserit, ut tanto-
pere mirari opus non habeat mirabilis Senecio *Rv. 3. f. 2. qui in eam*
descenderit S.R.M. sententiam! Ex eo enim luculenter constat, quòd
S.R.M. id tantùm permittere noluerit, *ut partes INFESTIS hinc in-*
de disputationibus sese impetant, & INTERMINATIS argumentorum
confutationibus locus concedatur. Unde modum ejusmodi præ-
scribit. *Itaq; iis tantùm, quæ ad candidam simplicemq; & sepè sapius*
prestitam veritatis ostensionem & confirmationem spectant, semel, ite-
rumq; & ad summum tertio in medium productis, non tam ingeniosis
argumentationibus concertare pergant, quàm potius prudentia & con-
silio dispiciendum assumant, quòd salva veritate & conscientia prestare
possint & debeant, ut tantum Ecclesie Patriaq; restituant bonum, Pacem
divinam & humanam. Hæc è Regia instructione poterat imò de-
bebat cognovisse Calixtus, ne Regi prudentissimo laudatissime recor-
dationis alienam de *disputatione formali prorsus exclusâ* affingeret
mentem. Quo ipso meritò Schönhofianam censuram incurrit,
quæ ita habebat: *Quâ quidem candoris simplicitate, qui naturalem vel*
artificialem argumentandi formam exclusam existimat, na ille procul
ab omni iudicii rectiq; sensus regula aberrat. Ille talia somniat, qui
artem ratiocinandi vallum murumq; veritatis esse ignorat &c.

Dum verò à vero alienum esse ait, quòd inter Pontificios & Calvinianos in articulo de S. Scripturâ disputatio instituta sit, sibi ipsi è vestigio pessimè contradicit, subjungens, 10. & 13. Octobr. Collationem Institutam inter Pontificios & Reformatos de consensu & dissensu sententiarum, sed non nisi privatim & sine Notariis. Scripta Partis Reformatæ Anno. 1650. edita Berolini 10. & 15. Novembr. expriment: *Sed memoria lapsus* Seni faciles condonamus. Quomodo autem collatio illa sententiarum instituta? Num sine argumentatione aut disputatione, nudâ tantùm utriusq; Partis sententiâ propositâ? De Pontificiis certè queruntur Reformati, quòd à propositionibus, quas hi expectabant, declaratoriis ad prolixos discursus delapsi sua non tantùm explicare, & depurare, sed & **PROBARE ac FIRMARE**, quia & Calviniana si non directè, saltim obliquè **REFLUTARE** presumerint. Et quidem non ejus generis probationibus, quales *Instructio Regia in Actione primâ* permittebat, quibus hunc suæ vel oppositæ Partis sensum esse ostenderent, sed quibus sui sensus veritatem, oppositi falsitatem, ex suis principiis demonstrare conati sunt. Utri jam credemus: Num Calixto, rerum ignaro, & omnia hîc confundenti? an verò Calvinianis ipsis, qui huic interfuere collationi? Quid? ipsis oculis nostris? quando quidem collationem illam ediderint Reformati Berolini. Quibus deprehendimus, disputasse Pontificios cum Calvinianis scriptotenus, non tantùm nudas propositiones exhibuisse, ut Calixtus suum, *ist nicht war* / hîc retractare necessũ habeat, si modò ab animo id suo impetrare potest, ut veritati cedat. Num sine Notariis ea collatio instituta sit, edissent *Acta Partis nostræ à véudo tze*, in quibus ad d. XI. Novembr. hæc habentur: *Replicat Dn. Ossowsky (Dom. Reformatis) Dn. Romano-Catholicos prætereà Notarium adscivisse ex religiosis Monachis: Fatetur Dn. Drosojowsky (Director Confessus à parte Reformatorum) addens: Futurâ die Lune (in continuatione collationis) aliam ex Reformatis adhibendum esse.*

Regrediendum autem nobis cum D. Calixto ad d. 27. Septembr. quo, dum *Regiomontanos Theologos advenisse* commemorat, Dn. D. Bottsacci pariter & meam famam lancinat: quòd *Regiomontanis πεωτου λισ τία* concedere noluerimus, unde hi ad nullam publicam Sessionem venerint, ut sc. causam aliquam prætexat, cur *Regiomontanis*

nis se immiscere, noluerit sed privatim tantum communicare cum iisdem.
Res ita habet: Postquam 27. Sept. advenissent Regiomontani, se-
quenti 28. Sept. primarius ex ipsis Dn. D. Pouchenius missio ad me Dn.
M. Christ. Isingio significavit, D. Mich. Behmium, & D. Drejerum velle
se se cum D. Calixto conjungere: quapropter indicare petiit, quid-
nam cum D. Calixto Thorunii gestum sit. Eopse statim die expe-
rita denuo fuit à Calvinianis conjunctio Partis Augustana, quam tum
vehementius urgebant: & quum cæteri August. Confess. Theo-
logi vi sua instructionis in eam conjunctionem, quod ad dogmatica,
consentire minimè possent, (circa externum processum & alia ad
Colloqui decorum Partiumq; jura spectantia nunquam denegata
fuit conjunctio) quam instructio Dnn. Regiomontanis data à Seren.
Electore Brandenburg. ipsis demandarat, hinc difficultates exortæ
sunt super eadem cum Dnn. Regiomontanis, quò minus illi no-
bis jungi potuerint, donec sua Instructioni, quantū ad hanc conjun-
ctionem in confessa Partis Augustana renunciarent, quod factum est
d. 17. Octobr. Anno 1645. teste documento autentico à No-
tarius ejusdem Partis juratis subscripto. Hæc causa erat genuina
dividiæ. Quæ privatim acta, ubi Regiomontani ordinem à to-
tâ Parte Augustanâ communi Dnn. Patronorum suffragio, & au-
toritate ipsius Præsidis Regii sub initium conventus sancitum, &
eò usq; publicis ac privatis Sessionibus observatum, prætextu man-
dati cujusdam Electoralis, quod tamen proferre non poterant, in-
terturbare satagebant, Junioribus illis Doctoribus D. Mich. Behmio, &
D. Drejero Professoribus Extraordinariis (de D. Pouchenio nullum du-
bium erat) πρῶτον λίσσιν affectantibus, ea, si rectius consulere
voluisset existimationi suorum Complicum, æternis tenebris potius
sepelire, quàm in apricum producere debuisset Calixtus, qui πρῶ-
τον εἰς conquirit suæ non conjunctionis cum Regiomontanis, quòd
veras causas edisserere sine pudore ac confusione nequeat. Nec
vero consonum est, ad nullam Sessionem publicam venisse Regiomon-
tanos: cum Dn. D. Pouchenius, ceu præcipuus inter ipsos, suo
& cæterorum nomine publicæ Sessioni ultimæ interfuerit. Quomo-
do verò se se cum August. Confess. Doctoribus è Prussia missis conjunge-
re tum potuisset Calixtus, qui jam Reformatis Patronus cause vo-
catus, & constitutus erat, & literis Electoris Brandenburg. à quo mis-

sus erat, cujus sumtibus etiam agebat Thorunii 13. Octobr. Regio-
monti datis commune fiebat, ut in eâ vocatione persisteret: Gleich wie
uns aber ewere auff unser gnedigstes gesinnen erfolgete wilfährig-
keit/ vnd das ihr den Reformatis auff ihr anhalten promiss gethan/
denselben in communicausâ contra communes Adversarios eu-
rem vermögen nach adhsistentz zuleisten / zu gnädigstem danckneh-
mendem gefallen gereicht / zweifeln auch nicht / ihr werdet bey dem
angefangenen Werck continuiren; Additur quidem, wie wir den
die conjunction mit unsern von hinnen abgeschickten Theologis
euer discretion heimgestellet seyn lassen; sed quum illi ipsi Theologi
renunciare necessum habuerint suæ instructioni, de conjunctione
cum Reformatis; à quorum partibus stabat Calixtus, res non erat am-
plius integra. Quid? quòd illi ipsi Regiomontani d. XXI.
Novembr. professi sint, sibi incumbere necessitatem protestandi con-
tra suppositios Delegatos Ducatus Borussiae in hoc Colloquio presentatos
(sic habent verba Protocolli Augustani) quam protestationem
etiam die XXIII. Novembris Scabinis Thoruniensibus insinua-
runt, & ad Acta publica referri petierunt. Quinam v. illi sup-
positi Delegati Ducatus Borussiae in hoc Colloquio presentati sint,
ipsa presentationis verba edisserant pag. 6. Scripti mei adducta, ni-
mirum Job. Bergius, Georgius Calixtus & Fredericus Reichelius.

Quæ commemorat Calixtus, quomodo in gratiam Reformato-
rum à Præside Theologorum Reformatorum rogatus commenta sua de
peccato & de prædestinatione, ac Sacramento Eucharistiae, ut & in gra-
tiam Præsidis Regii Reformati considerationem Doctrinae Pontificiae juxta
ductum Conc. Tridentini adornarit, ea non absolvunt Calixtum à
dogmatibus Papismum, Calvinismum, Arminianismum & Syner-
gismum interpolantibus, erroneis, perniciosis, periculosis, Samariticis, chi-
mericis & atheisticis, quorum eundem ex annotatis & cõmentis illis
reum egit Dn. D. Myslenta, (quem veritatem propugnantem si eo,
quo par est, pietatis zelo sequar tam mihi nemo crimini daturus
est, quàm Calixtum excusare poterit nemo, quòd damnata illa
dogmata incrustet, quibus, si scapha scapha vocanda, meliora nomina
haud conveniunt) sed accusationi fidem faciunt, dum ea Scri-
pta sua esse agnoscit, abs se suo tempore divulganda.

De

De testimonio, quod à Thoruniensibus expevit, ut testarentur sc.
Theologos Dantiscanos refragatos esse, ne in consortium Sociorum A.
Confess. admitteretur Calixtus, quò culpam declinaret, quasi volens
lubensq; ab eorum congressibus abstinerit, deq; literis, quibus
idè non absq; minis à totà parte August. efflagitarit, tùm ex iis, quæ
hic dicta sunt antea, tùm è Tractatu nostro germanico, iudicium
fieri poterit, ut nihil his addere nunc opus sit. Solicitarum au-
tem & concessum fuit testimonium, cùm jam Thorunio avoca-
tus essem: quod quo loco haberi debeat, & an divulgatione e-
iusdem dignitati suæ Calixtus consuluerit, ejus, qui nomine a-
liorum Theologorum subscripsit eidem, audiamus ἐπιγεῖον è
Censuris Theol. adv. Latermann. p. 146. Exterarum autem Acade-
miarum iudicia de Testimonio Dn. D. Calixto à parte Thoruniensi dato
(Thoruniensium Secretarius id conscripsisse dicitur) ut scisciten-
tur Excell. Vestra, deò suadere non possum, quòd timendum sit, ne D. Ca-
lixtus eam Testimoniæ parum proficui divulgationem contumeliam in-
terpretetur, vobisq; propalantibus succenseat vehementius, quàm iis qui
virum ne frigida dignum pronuncient &c.

Quid verò ad rem faciant convivium, & honorarium Tho-
runio-Elbingensium aut literæ, quibus illi patrono causæ suæ grates
egere, D. Schönendorffii compellatio, dum de conjunctione in Colloquio
Thoruniensi partim cum Syncretistis, partim cù Calvinianis D. Calixti
disquiritur, iudicare possunt etiam, qui nondum are lavantur, Poli-
ticam verò humanitatem & conversationem, cum spiritali commu-
nionem minimè confundi debere nec infimi commatis Calixtinos
Discipulos ignoraturos, existimo.

Sed ad ea divulganda impulsus est Calixtus à D. Calovio, quæ alio-
quin sepulta mansissent. Quì verò ad hæc literarum, nihil ad sta-
tum causæ facientium, edenda diplomata, quì ad testimoniorum
prorsus ἀλλοτρίων divulgationes, quì ad facetas istas & festivas
narrationes, quas instituit, quì ad aniles fabulas, quibus animum
suum pascit, & somnia febrilia, quæ admodum delectari videtur
Senecio, compulsus abs me Calixtus? quum iisdem nihil juvari
possit, ullâ in re, cuius gratiâ conveniendus fuit in necessaria De-
pulsione. Sed causam dicam sine fuce: voluit occasionem qua-
lem.

lemcunque elogia sua & Honoraria Prusfica juxta cum concessione
primarie Prelature, aliisque decus sibi conciliantibus ebuccinandi
captare, oculosque legentium, ne dedecus, quod *Apostasiâ suâ à Lu-*
tberanâ fide & aliis prævaricationibus contractum, luculenter pro-
positum, abstergere non potuit, transparenter, aut de tanti nominis
Viro fidem inveniret, talibus fascinare. Quâ fini, saltim ut impe-
ritis fucum faceret, plurima *heterogenea & ad orthodoxiam suam*
adserendam ne hilum quidem facientia, in hunc centonem suum
infarcire voluit, interspersis dictis & calumniis atrocibus, imò
atrocissimis: quibus dum ex professo, quod dicitur, operam
navat, hoc sui elogio proprio sese dignissimum universo Mundo
probat, *Ich weis gewislich das von Zank / Hader / Has und Feind-*
schaft ich dermassen abgeneiget / als fast ein Mensch immer seyn mag.
Tt. 4. f. 2. Talem profectò sese nunc exhibuit farragine isthac
criminationum, ut penes eos etiam, qui hominem eum quantivis
pretii hætenus adhuc, forti quadam imaginatione, credidère, fi-
dem omnem decoxerit, quotquot sc. bonum animo pensitarint
suo *stylum* ipsius *Lycambeum*, & quàm indignis, quàm injuriis. &
scurrilibus modis plurimos de Ecclesiâ & Re. literariâ præclare
meritos, quâ *Theologos*, quâ *Politicos defunctos* pariter & *superstiter*
imò *integra etiam Collegia tum Ministerialia, tum Academica* tracta-
vit decrepitus ille & capularis Senex, qui per bonorum Operum
studium sese salutem æternam obtinere ac consequi debere per-
suasus est, eoque tantopere sese effert, ut *propter pietatis, sanctimonie*
& observationis mandatorum Dei studium, ab iis, quibus id commune
esse oporteret, acerbissimè se traduci, *prævaricationis imò atheismi* argui
penes Serenissima Capita graviter, sed iniquissimè queratur. Non
repeto, quas in me eruclatas dilui hætenus calumnias, vel ex iis-
dem judicium fieri potest, quas *superpondii loco* adjicere voluit:
Vocat me elnen grimmigen Låsterer & Scriptum meum *Schmäh-*
Parten & hæc in me vibrat calumniarum tela catapultaria: *Er*
bemühet sich / als were er beståler und verordneter Rehermacher alle /
die im geringsten von seinen Gedancken abweichen zuverkehern / und
aus dem Himmel in die Helle zuverstossen. Item: mag derowegen
der neue Rehermacher Calovius sich mit diesen alten Reherma-
chern

chern Philastrio seines Gefallens belüftigen / Item: Calovius mit
seiner Rehermacheren / Vid. Verantwortung *Uu. 2. f. 2. & 3. f. 2.* Obse-
cro fidem tuam, si ulla in te superat, *Calixte*, conscientiam obtestor
tuam, quæ in pantocritico die panegyri totius Mundi expone-
tur, edisseras, annon hæc sit atrocissima calumnia, daß ich alle die
jenige (repeto verba tua, ut calumniam expendas, agnoscas & re-
tractes, si ullus iudicii Dei, quod calumniatores manet, in te ti/nor)
Welche im geringsten von meinen Gedanken abweichen zuverke-
hern/vnd aus dem Himmel in die Helle zuverstossen/ mich bemühe. Si
verò ullatenus fidem in conspectu Ecclesiæ liberare velis, *unicam*
solùm *calumniam atrocem*, ob quam me & scriptum meum ita cri-
minaris, *unicum solùm exemplum*, quod quenquam meis cogita-
tionibus non annuentem *hereticum* pronunciarim, demonstres.
Soli enim tuæ accusationi nemo fidem adhibiturus est. Si te i-
psum in exemplum producas, annon egregiè principium petis,
quum hodie id ipsum controversum feceris Scriptis tuis: *Num*
D. Calixtus, hætenus creditus orthodoxus, Schismaticus jam haberi de-
beat, an verò hereticus? Quanquam me ex propriâ animi senten-
tia te *Hereticum* dixisse non recordor, cum primis quod adhuc
semper errorum pœnitentia ductum iri sperarim: tantùm abest
ut ex *calo in infernum detruserim*, quem ex inferno, vel propter ca-
lumnias istas os suum pandente, ereptum cuperem enixissime, cui
etiam sanam mentem, & pœnitentiam precari non intermitto. At
Calovii sententiâ haud sufficit, ut credat Christianus, Deum unicum
Creatorem cali & terræ esse Patrem, Filium & Spiritum S. sed credi
etiam oportet, hoc sublime mysterium Trinitatis ab orbe condito cuius
notum (Sophisticè *vocula cuius* inseritur, quum de eo nunquam
quæstio fuerit, facileq; concedam, ne in Novo quidem Test. *cui-*
vis hoc mysterium cognitum esse) *notitiâq; eius ad salutem neces-*
sariam fuisse: haud sufficit, ut credat Filium Dei unigenitum pro nobis
hominem factum, sed credendum esse, quòd ante incarnationem suam in
V. T. secundum bypostasin propriam in assumptâ quâdam specie apparue-
rit, aut hereticus proclamatur à D. Calovio & in orcû usq; anathemati-
zatur. Primùm ponam ea ita se habere: num idcirco *D. Calo-*
yus OMNES eos, qui à suis cogitationibus abeunt, hæreticos facit
F & in

& in orbem detrudit! Non meis cogitatis, sed Scriptura S. oraculis contradicere, ista qui negat, solidissime hæctenus probatum est argumentis plurimis, ad quæ pleraq; obmutuit Calixtus. Porro ista ad salutem creditu necessaria, & ab omnibus salvandis credi oportere nunquam dixi aut scripsi. Tua hæc est Calixte calumnia, non mea sententia. Ea qui non credunt, illos in orbem me detrudere, nova iterum est calumnia. Num autem is, qui hæc negat, ac pertinaciter reprobat & impugnat, qui Scripturam S. in qua ea clarè habentur, torquet & detorquet, ab heresi possit liberari, alia longè est quaestio: nisi fortè, in Scholà Calixti, pro iisdem habeantur simplex ignorantia, & pertinax ac malitiosa negatio & impugnatio. Deniq; non ego Calixtum hæreticum feci, sed docui tantum, quomodo seipsum hæreticum faciat, uti verba ipsa habent in Scripto meo p. 103. Ja er machet sich selbst zum Ketzer/welches wir ihm augenscheinlich erweisen. Disputo illic κατ' ἀνθρώπων, & ex confessione, non verò meam propono sententiam, num Calixtus hæreticus sit, nec ne. Quæ distinctissima esse, ad hominem disputare, & ex mente propria definire, Calixtus, si non repuerascit fortè, haud negaturus est. Triplex autem argumentum potissimum adduxi loc. cit. quo Major semper fuit ex Calixto petita & demonstrata. Minor verò dogma Calixtinum continuit: Unde Conclusio ea emerfit, Calixtum Hæreticum faciens. Tertiam ita conclusum fuit: Als spricht er ihm selber das Urtheil/ das er zu anathematiziren vnd zu verdammen sey. Quod quidem argumentum tertium intactum reliquit: ideoq; stat illud adhuc inconcussum.

Primum ita proponit: Qui regula fidei aliquem articulum detrahit, est hæreticus: Sed qui negat Filium Dei ante incarnationem suam secundum suam sibi propriam hypostasin in assumpta specie vel figura apparuisse, regula fidei, ut à Tertulliano proponitur, aliquem articulum detrahit E. qui negat hoc, est Hæreticus. Notetur hic primò quòd de negatione concludatur. Calumnia ergò erat, quâ ad ignorantiam id torquebatur. Deinde, ne deesset Calixto, quod in speciem responderet, argumentum proprio Marte format, formatum verò abs me relinquit. Respondet ergò: Ut Syllogismus valeat, necesse erit addi in Majore: Qui regula fidei, sicut à Tertulliano proponitur, aliquem arti-

arti-

articulum detrahit &c. Et sic vera non erit Major. Nimirum ita proposuerat, ut quatuor occurrerent termini in argumento: hinc *Major* ita supplet: quâ ἐπιευβολῆ opus non fuisset, si argumentū, prout id formaverā, repetiisset, quod ita concludebat: *Qui negat Filium in nomine Dei Patris visum esse Patriarchis, is negat partem è Symbolo & regula fidei ad salutem necessariam* (non autem solū tantam partem, quæ annexam questionem circa articulos fidei concernat) & hereticus est habendus, vi Symboli, & regulae fidei à Christo instituta Tertulliani, & ipsiusmet Calixti, utpote qui Symbolum & Regulam illam fidei approbat. *At Calixtus id negat. E. Calixtus vi regulae fidei Tertulliani & sui ipsius vel à sese approbata est Hereticus.* Quis hic non videt me καὶ αὐθροπῶν disputare, ac *major* propositionem ex ipsa Calixti Confessione depromere? dum ergo jam negat Calixtus regulam fidei, prout à Tertulliano proponitur, genuinam habendam esse, annon propria cedit vineta, sibiq; apertissime contradicit? Laudarat enim *Resp. contra Mogunt. Tertullianum*, quòd accuratè discernat regulam fidei à questionibus, quæ circa articulos explicari possunt aut solent, vel inter Symbolum & annexas questiones: approbarat insuper sententiam Tertulliani, quòd hæc Regula à Christo instituta nullas habeat questiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Dum ergo in questionem jam vocat Regulam fidei, prout à Tertulliano proposita est, contradicit sibi, qui antea eandem laudarat & approbarat, & deoq; Tertulliani iudicio, hæreticus habendus est. Merum est effugium, dum distinguit inter *additamenta à Tertulliano amplificandi & declarandi ergo addita & precipuos & essentielles articulos regule. Si, ait, aliquis additamenta Tertulliani non recipiat, propterea non poterit haberi hereticus.* At si in arbitrio Calixti erit positum, hæc, illa, ista in regula fidei proposita pro *additamentis* habere, unde tandem, obsecro, certi erimus, à quonam proponatur sincerè regula credendi sine ullo additamento! Consensus ille *communis*, ad quem se recipit, haberi non potest, nisi è *singularibus*: Si ergo hæc non convenient in *regulâ fidei assignandâ*, quisnam inde prodire poterit *communis consensus*? Nec verò illud pro *additamento Tertulliani* haberi potest, quū æquè ut reliquæ partes ad *regulae integritatē*, prout à Tertulliano pro-

posita est, pertineat, nec aliter Tertullianus alias partes recenseat, quam hanc ipsam. Nulla hinc diversitatis apparet ratio. Quid multis? Agnoscit Calixtus ipse regulam fidei accuratè à Tertulliano propositam esse, & quidem ita, ut separarit *questiones annatas à fidei regulâ*, non eidem immiscuerit. Suopte ergo iudicio condemnat sese Calixtus, utpote qui *partem aliquam regule fidei accuratè propositæ & à questionibus annatis & additamentis probè discretæ negat, reprobat, impugnat.*

Quod cum videat probè, idcirco in verbis Tertulliani effugia quærit: *dicere tantum Tertullianum, Verbum Dei Filium Dei appellatum in nomine Dei variè visum Patriarchis*: At hoc dici potuisse, ideo quia Deus apparuit, visus est, locutus atq; ita non minus Filius, quam Pater; Non autem hinc sequi, *Filium in suâ sibi met propriâ hypostasi apparuisse.* (Quod his attexit, ut illa *apparitio & adlocutio fuerit opus ad intra*, in eò non agit candidè, aut Theologicè, sed Sophisticè, ac fallaciter: Nemo enim Nostrum apparitionem FILII DEI fecit *opus ad intra*, de me certè id probare non poterit Calixtus: Nec verò cum *opus ad extra* statuitur, consequens est, ut *toti Trinitati sub ratione unius communis Deitatis commune sit*. Opus etiam ad extrâ faciunt Orthodoxi pleriq; omnes *unionem hypostaticam*: num verò illa est *communis toti Trinitati sub ratione communis Deitatis*?) Resp. imò verò ne consequentiâ quidem, vel argumento ullo hic opus, quum expressis verbis in *Regulâ Tertulliani* ponatur, quod à Calixto negatur. Ait ille, *Verbum Dei Filiū Dei appellatū in NOMINE DEI variè visū Patriarchis*. Loquitur de eo non quod *commune* Filio Dei fuerit *ratione communis Deitatis* cum Patre & Spiritu S. sed de *peculiari quodam opere* in describendis iis, quæ de *secunda persona SS. Trinitatis* peculiariter credenda sunt, utpote quòd *Verbum primò omnium emissum, in nomine Dei variè visum sit Patriarchis*. Num Deus Pater dici potest *primò omnium emissus in nomine Dei variè visus Patriarchis*? Quis ergo non videt, opus hoc esse proprium peculiariter Verbo, non *commune toti Trinitati sub communi Deitate*? Ipsa loquendi ratio id docet: quod in *nomine Dei Patris apparuerit, cuius Filius est, emissus ab ipso*. Quæ certè *Deo Patri cōmunia* hâc ratione nō sunt. Patet ergo nihil respondere, sed constrictum teneri hinc Calixtum, *etiamsi illa sua rumpat*, ut verbo utar Calixtinæ modestiæ, adeoq; citra fastum, ex verò scriptum esse: *Dieses argument wird der Calixtus wol un-auffgelöset lassen.*

Alte-

Alterum ex *Irenæo* non audeat repetere, ne vitium responsio-
 nis transpareat illicò. *Majorem* inficiari minimè potuit, quippe
 ex ipsa regula fidei *D. Irenæi à Calixto*, ceu genuinâ approbatâ per
 omnia de promptam: ideoq; ne sibi denuò contradicat, ait: *Quic-*
quid sit de Majore, falsa est Minor. Nunquam enim negavi, ex Vet.
Test. probari posse Divinitatem Filii, vel adventum ejus. Hoc verò quid
 aliud est, quàm si jam, dum sudum est in merò meridie, negare *So-*
lem lucere. Pudet fortassis *Calixtū* prioris assertionis suæ, quâ ta-
 men ne retractare videatur, nunc à se unquam positam negat. At
 oculos haud fascinabit *Lectori*, nec mentem ipsi eripiet, ut quæ
 legit, videtq; operosè adserta, sibi metipti diffusus non credat ibi-
 dè posita vel asserta esse. Sed hanc rē exequetur *Dn. D. Wellerq* noster
 ex professo. Quòd si è *Vet. Test. probari posse Deitatem Christi* sincerè
 crederet *Calixtus*, quomodo negaret creditu fuisse eandem *salvan-*
dis sub Vet. Test. necessariam: prouti adhuc contendit in *hâc ipsâ*
Confut. th. XXIV. Als es ist offenbahr worden/ das nunmehr der
 MESSIAS oder CHRISTUS kommen /da ist auch eine nothwendigkeit
 entstanden/ zu wissen / ob er nur were eine Creatur vnd blosser
 Mensch / oder aber zugleich wahrer GOTT? Si autem tum demum
 exorta fuit credendi necessitas, ergò antea nondum id fuit credi-
 tu necessarium, ac proinde nec revelatum, vi consequentiæ, &
 concessionis ipsius *Calixti*: quia *hoc mysterium non potuit propter*
alias causas aut propter aliud & per accidens revelari, sed solum idèd
quod creditu & ad salutem necessarium sit, ait ipse *Calixtus Th.*
LXXIX. Repeto ergò argumentum, utpote quod invictum jam
 perstat: *Concessâ Majore, & probatâ Minore: Qui non credit Spiritum*
S. per Prophetas prædicasse in V. T. Dei adventum & passionem & c.
is discedit ab Apostolica fidei Regula, adeoq; est Hæreticus. At Calixtus
non credit Spiritū S. per Prophetas prædicasse Dei adventum & passio-
nem. Concludendum ergò, Calixtum discedere à fidei regula, adeoq;
esse Hæreticum. suo ipsiusmet judicio, quo discedentes ab illa regula
 hæreticos esse pronunciat.

Postremo loco miratur *Senex*, hominem qui inficiatur una-
 nimem consensum universalis antiquæ *Ecclesiæ* principium esse, sub quo &
 ex quo inferri possit conclusio *Theologica*, nunc ex unius *Philastrii* asser-
 tione conclusionem inferre & deducere, antiqui sane *Scriptoris*, sed oppi-

dò simplicis & tenui iudicio. At consensum universalis Ecclesiæ antiquæ unanimem principium esse inferenda conclusionis Theologicæ, me uspiam negasse demonstrat Calixtus, nisi velit hac in re iterum videri falsum dixisse testimonium: principium esse fidei divinæ & rerum credendarum minimè admittendum, quum fides divina non humanâ nitatur autoritate, sed divinâ. At illa diversissima esse qui negat, ei helleboro opus: quum multa adhiberi possint, ex quibus confirmentur conclusiones Theologicæ, quæ tamen idè esse fidei divinæ principia, nemo sanus dixerit. Quo locò Philastrium habere debeam, etiam citra Calixti monitionem probè novi: nec eam in rem opus fuit Bellarmini testimonio, quum id satis notum, & ab orthodoxis Doctoribus quoq; observatū sit, quos rectiùs Bellarminò de hæresi iudicare, spero, admitteret Calixtus. Quomodo verò Philastrium adduxerim, deprehendisset dubio procul, nisi cavillari potius, quàm seriò agere propositum fuisset, ut elabendi vel argumenta elidendi solùm rimas undiquaq; quæreret. Produxi nempe illum (1.) ceu Helmstadii editum & quidem cum peculiari elogio, à Profess. Theol. ordinario. Quum Juliani Scriptorem tam tenuis iudicii, oppidòq; simplicem cum elogio singulati sine debita informatione juvenutis ediderint, ipsi viderint (2.) Philastrium, ut Historicum, quo loco habita fuerit Calixti opinio, nempe pro paganitate, ut ipse loquitur, referentem adduxi: Non verò omnes quas ille hæreses facit, illicò hæreses habendas uspiam dixi, aut scripsi. Proferat ejus rei vel minimum indicium Calixtus, aut me cum Philastrio hæretices (sit venia verbo, precor Calixte, qui Dictatoris in Latio, ut ut sine suffragio populi, partes usurpas) criminari. (3.) Philastrium non nudè asserentem sed assertioni fidem è Scripturis plerisq; quas impugnat Calixtus, satis solidè facientem sisto; utpote cum probat num. CVII. Trinitatem Christianitatis ab origine Mundi prædicatam esse, & num. CII. fidem S. Trinitatis ante Judæos & Paganos in lege manifestatam esse. (4.) Nec in eâ assertionem productus est Philastrius, quæ ipsius propria sit, uti cavillatur Calixtus, adducens à dōrgia exempla è Philastrio, ubi Hæreticis accenset quosdam errore iudicii; sed in eâ, quæ ipsi communis est cum aliis Ecclesiæ Doctoribus, imò ipsa regulâ fidei Apostolica, teste Irenæo, comprehensa (5.) Nec ex unius Phi-

Philastrii assertione Conclusio abs me illata est, uti falso, perversè, ac sophisticè Calixtus affirmat. Addidi etiam suffragium *Epiphaniè Panario. l. 1. Tom. 1. hares. IX. & in Barbarismo ipsi οὐδὲν Φορ*, ut & *S. Irenæum l. 1. adv. hares. c. II. & III. ac Tertullianum l. de præscript. c. XIV.* Deniq; (6.) Non conclusi simpliciter, & assertivè, nec Calixtum hæreticum feci, hisce testimoniis adductus, sed aliis iudicandum reliqui, annè Calixtus cum complicibus Drejero & Latermano *HÆRESEOS* jare argui possit, & quidem expressè additâ limitatione iudicio *Philastrii, Epiphaniè, S. Irenæi & Tertulliani* hoc est, si iudicio istorum communi standum sit? At quàm diversa illa sunt primò aliquem positivè & absolutè alicujus rei arguere, & aliquid aliorum censuræ committere, idq; sub hypothesi certâ: deinde etiam hæresin seu hæreticam sententiam alicui tribuere, & hæreticum quendam dicere aut facere? quum non omnis, qui dogma hæreticum tuetur, sit hæreticus, modò distinguatur inter hæresin materialiter & formaliter acceptam. Deprehenditur ergò hic Calixtus in multiplici crimine.

Num verò si non, tam aliorum testimoniis, aut ad hominem, quàm ex *origenis* principiis, ipsiq; fundamento res definienda sit, inficiatione & impugnatione necessitatis *Credendi SS. Trinitatem & fidei ejusdem sub V. T. omnium credentium, articuli fidei de communionem Sanctorum Vet. & Novi Test. de remissione peccatorum in nomine Filii Dei sub Vet. & N. Test. de unico fidei objecto, unicâ fidei salvificæ & æternæ salutis ratione sub utroq; imò de ipso Sanctissimo Trinitatis ac Deitatis Christi, nec non satisfactionis & redemptionis Filii Dei mysterio, labefactentur, aut in discrimen vocentur, ut non simplex error, sed hæresis haberi debeat ista Calixti opinio? id nimis prolixum hîc foret in *Prefatione* discutere. *Hæresin* tamen eam Theologos Aug. Conf. addo & *Calvinianos ac Pontificios* plerosq; imò & *Græcos* dicturos potius, quàm simplicem errorem, certus sum: ideoq; totius *Ecclesiæ* (in eas enim partes totam dispescit Calixtus) iudicio, quod Calixto est principium fidei secundarium, idq; infallibile, hæreseos reus pronuncietur Calixtus cum complicibus: nec *moderne* solùm, sed *Veteris* etiam *Ecclesiæ*, testibus *Irenæo, Tertulliano, Epiphanio, Concilio Chalcedonensi & c.* suffragio, non verò unius *Philastrii, aut Calovii* censurâ. Viderit etiâ Calixto, ne *pervicaciter defendendo alia sua dogmata & aliarum plurimum ab Ecclesiâ damnatarum hæresum reum & hæreticū**

multi-

multiformem sese ipse faciat & anathema Apostolicum incurrat Gal. I. 8. & ab Ecclesia universa ceu hereticus damnetur.

Alias, quæ in maledico & maledicto ejus scripto evomuntur, calûnias, & injurias, dū meas Institutiones insanas proclamat, (è quibus tamē nihil insani hætenq̄ ostendit malè sanq̄ Senecio) me cū D. Wel-lero & D. Hülsemanno dominari, novas nostras & absurdas opiniones canonizare, (quamnam autem novam & absurdam opinionem meam canonizarim, nec docuit nec docebit unquam Novator) aliosq̄ dissentientes quosvis ceu Hereticos condemnare Ty. 1. f. 1. & 2. f. 2. [Quinam vero illi sunt? Num Calviniani? At eos non tantūm omnes Aug. Conf. invariatae Addicti sed etiam Fratres Calixti in Christo Papiste ad unum omnes hereseos arguunt: Aut fortè Pontificii? Hoc verò arguunt cum Ecclesiis nostris Reformati Græciq̄, Papam anathematizantes: Num deniq̄; Calixtus cum Complicibus Hornejo, Drejero, Latermanno? At si Syncretismum ipsorum & alias quasdam novitates hereseos directè argueremus, non solūm nostras Ecclesias sed & Calvinianos & Pontificios & Græcos consentientes nos habituros, longè certiores sumus, quàm Calixtus de suo, quem sibi fingit, Puritanismo in Brunswicensibus & Holsaticis Ecclesiis, quibus eo ipso injuriam non levem infert, recepto, aut si verbo ejus uti liceat, canonizato.] Me cum iisdem & D. Mislentâ, D. Dorscheo. D. Danbavero, novitatibus, turbis & condemnationibus eorum, qui novitatibus astipulari nequeunt, summopere delectari SSS 1. f. 1. (Quæ prior est criminatio iterum etudata, sed sine ullo documento, ex mera calumniandi libidine!) Deniq̄; me cum illis ipsis, & D. Scharffio posse abstrusas in Scripturis veritates omnes eruere, liquidò ob oculos ponere, omnium difficultium Scripturæ locorum certam & indubitatam interpretationem proferre (quæ non ullius nostrum est arrogancia aut jactantia, sed Calumniatoris in appendice D. 3. f. 2. scomma ac maledicentia!) & quæ alia hujusmodi mente furiosâ ac virulenta chartis suis famosis illevit Calixtus, digna non sunt, quibq̄ tempq̄, vel chartam impendamq̄, quæ tamen in hoc misero centone, què τοῖς, ὑπὸ τῶν προσ-αιτῶν ἐκ διαφόρων ῥακίων συναπλεγμένοις ἐδήμασιν vel tunica mēdi- ci ex diversis istisq̄ attritis & laceris panniculis consuta cum Theodoreto in πολυμέθῳ suo non immeritò comparaveris, utramq̄; quod dicitur, faciunt paginam. Deus illi & complicibus ejus sanio rem mē- rem veramq̄; resipiscenciam, ob ἰκέτην καὶ Μεσίτην nostrum unicuiq̄!

al.
ū-
us
el-
a-
m
sgz
ui-
es
sto
i?
m
jo,
ms
ias
bi-
n-
co
ac,
ve-
si-
ni-
ni-
sas
ms
em
ed
&
fis
n-
σ-
di-
re-
od
m.


05 A 425

ULB Halle 3
004 208 757


001







IN NOMINE JESU!

SYNOPSIS

CONTROVERSIARUM

POTIORUM,

Quæ Ecclesiæ CHRISTI cum Hæreticis & Schismaticis modernis, Socinianis, Anabaptistis, Veigelianis, Remonstrantibus, Pontificiis, Calvinianis, Calixtinis, aliisque intercedunt.

Secundum seriem articulorum August. Confessionis ita propositarum, ut tum materia disputationum, tum idea Locorum Communium Elencticorum exhibeatur.

XLIII. Disputationibus publico-privatis in Electorali Universitate Wittebergensi expedita.

PRÆSIDE

ABRAHAM CALOVIO, D.
PROF. PUBLICO, CONSIST. ECCLES. ADSESS. &
CIRCULI ELECT. SAXON. SUPERINTENDENTE
GENERALI.

Præmissa est præfatio Apologetica, ea, quibus Authorem D. Georgius Calixtus in der *Wiederlegung* vellicat, expendens.

WITTEBERGÆ

Typis MICHAELIS Wende.

Anno Dom. 1622 c. LII.